etur. Tu virga percuties eum:
et animā eius de inferno
liberabis. Fili mi si sapiēs
fuerit animus tuus. gaude
bit tecū cor meū: et exultabūt
renes mei. cū locuta fuerint
rectū labia tua. Non emu
letur cor tuū peccatores: sed in
timore dn̄i esto tota die: q̄a
habebis spem in nouissimo.
et prestolatio tua nō aufe
retur. Audi fili mi et esto sa
piens: et dirige in via ani

meum tuum. Noli esse in conuiuiis
potatorum. nec in comessati
onibus eorum qui carnes ad
vescendum conferunt: quia
vacantes potibus et dantes
symbola consumentur: et
vestietur pannis dormitati
o. Audi patrem tuum qui ge
nuit te: et ne contempnas
cum senuerit mater tua.
Veritatem eme et noli ven
dere: sapientiam et doctrinam
et intelligentiam. Exultat
gaudio pater iusti: qui
sapientem genuit letabitur
in eo. Gaudeat pater tuus:
et mater tua exultet que
genuit te. Prebe fili mi cor
tuum michi: et oculi tui vi
as meas custodiant. Fouea
enim profunda est meretrix:
et puteus angustus aliena.
Insidiatur in via quasi la
tro: et quos incautos vide
rit interficiet. Cui ve. cuius
patri ve. cui rixe. cui fouee:
cui sine causa vulnera.
cui suffusio oculorum? Non
ne hiis qui morantur in
vino: et student calicibus epo
tandis? Ne intuearis vi
num quando flauescit: cum
splenduerit in vitro color
eius. Ingreditur blande:
sed in nouissimo mordebit
ut coluber: et sicut regu
lus venena diffundet. O
culi tui videbunt extrane
as: et cor tuum loquetur per
uersa. Et eris sicut dormiens
in medio mari: et quasi
sopitus gubernator amis
so clauo. Et dices. Verbe
rauerunt me sed non dolui:
traxerunt me et ego non sen
si. Quando euigilabo:
et rursus vina reperiam?

Ne emuleris Cap. xxiiii.
viros ma
los. nec desideres
esse cum eis: quia rapi
nas meditatur mens eorum:
et fraudes labia eorum lo
quuntur. Sapientia edifica
bitur domus: et prudentia
roborabitur. In doctrina
replebuntur cellaria: uniuer
sa substantia preciosa et

pulcherrima. Vir sapiens
fortis est: et vir doctus ro
bustus et validus. Quia
cum dispositione initur
bellū: et erit salus ubi mul
ta cōsilia sunt. Excelsa
stulto sapiētia: in porta
nō aperiet os suū. Qui
cogitat mala facē: stult⁹
vocabit̄. Cogitatio stul
ti pctm̄ est: et abhomīa
tio hoīm detractor. Si de
speraueris lassus in die
āgustie: īminuet̄ fortitu
do tua. Erue eos qui du
cūtur ad mortē: et qui t̄
hūtur ad interitū libera
re ne cesses. Si dixeris vi
res nō suppetūt: qui īspec
tor est cordis ipē intelligit.
Et seruatorē aīe tue
nichil fallit: reddet qz ho
mini iuxta opa sua. Cō
ede fili mi mel quia bonū
est: et fauū dulcissimum
gutturi tuo. Sic et doctri
na sapiē aīe tue: quā
cum īueneris habebis ī
nouissimis spem: et spes
tua nō peribit. Ne īsidie
ris et q̄ras īpietatē in do
mo iusti: neqz vastes req̄
em eius. Septies enī cadet
iustus et resurget: impij
autē corruēt in malū. Cū
ceciderit īimicus tuus ne
gaudeas: et in ruina ei⁹
ne exultet cor tuū: ne for
te videat dn̄s et displiceat
ei. et auferat ab eo iram
suā. Ne cōtendas cū pessi
mis. nec emuleris impi
os: quoniā nō habent
futurorū spem mali: et lu
cerna impiorum extinguet̄.
Time dn̄m fili mi et regē:
et cum detractoribz nō com
miscearis. Quoniā repēte
consurget pditio eorū: et
ruinā utriusqz quis nouit?
Hec quoqz sapiētibz. Cognos
cere psonā in iudicio: nō
est bonū. Qui dicit impi
o iustus es: maledicent ei
populi. et detestabūtur eū
tribz. Qui arguunt lauda
būtur: et sup ipos veniet
benedictio. Labia deosculā

bitur: qui recta verba respō
dit. Para foris opus tuū:
et diligenter exerce agrū tuū:
ut postea edifices domū tu
am. Ne sis testis frustra cō
tra proximū tuū: nec lacte(s)
quēquā labiis tuis. Ne di
cas quomō fecit michi. sic
faciā ei: reddā unicuiqꝫ se
cundū opus suū. Per agrū
hominis pigri transivi. et per
vineā viri stulti: et ecce to
tū repleverant urtice: ope
ruerant superficiem eius spi
ne: et maceria lapidum de
structa erat. Quod cum vi
dissem posui in corde meo:
et exemplo didici disciplinā.
Parū inquā dormies. modi
cū dormitabis: pauxillum
manus cōseres ut quiescas:
et veniet quasi cursor egestas
tua. et mendicitas quasi vir
armatus. Hec quoqꝫ parabo
le salomonis: quas transtu
lerūt viri ezechie regis iuda.

Capitulum xxv.

Gloria dei celare ver
bū: et gloria regū
investigare sermonē. Celū
sursū et terra deorsū: et cor re
gū inscrutabile. Aufer rubi
ginē de argento: et egredietur
vas purissimū. Aufer impi
etatē de vultu regis: et firma
bitur iusticia thronus eius. Ne
gloriosus appareas corā re
ge: et in loco magnorū ne
steteris. Melius est enim ut di
catur tibi ascende huc: quam ut
humilieris corā principe.
Que viderunt oculi tui ne pro
feras in iurgio cito: ne post
ea emendare nō possis. cum
dehonestaveris amicū tuū.
Causā tuā tracta cū amico
tuo: et secretū extraneo ne
reveles: ne forte insultet ti
bi cum audierit. et exprobrare
non cesset. Mala aurea in lec
tis argenteis: qui loquitur ver
bū in tēpore suo. Inauris au
rea et margaritū fulgens: qui
arguit sapientē et aurē obe
dientē. Sicut frigus nivis
in die messis: ita legatus
fidelis ei qui misit eum. ani
mā illius requiescere facit. Nu

ves et venctis. et pluuie nō
sequētes: vir gloriosus et
promissa nō cōplens. Pa
ciētia lenietur prīceps: et
lingua mollis cōfringet
duriciā. Mel inuenisti. cōede
qd̄ sufficit tibi: ne forte sa
ciatus euomas illud. Sb
trahe pedem tuū de domo
proximi tui: ne forte sacia
tus oderit te. Jaculū et gla
dius et sagitta acuta: hō
qui loquitur cont̄ proxi
mū suū testimoniū falsum.
Dens putridus et pes lass⁹
qui sperat sup infideli in
die angustie: et amittit
palliū in die frigoris. Ace
tum in nitro: qui cantat
carmīa corde pessimo. Si
esurierit inimicus tuus ciba
illū: si sitierit da ei aquā
bibere. Prunas eñ cōgre
gabis sup caput eius: et
dn̄s reddet tibi. Ventus a
quilo dissipat pluuias:
et facies tristis linguam
detrahentē. Melius est sedē
in āgulo dōmatis: q̄m cū
muliere litigiosa. et in do
mo cōmuni. Aqua frigi
da anime sitienti: et nun
cius bonus de terra longi
qua. Fons turbatus pede.
et vena corrupta: iustus
cadens corā impio. Sicut
qui mel comedit multum
nō est ei bonū: sic qui scru
tator est maiestatis oppri
metur a gloria. Sicut urbs
patens et absq; murorū
ambitu: ita vir qui non
potest in loquēdo cohibere
spm̄ suū. Capitulum xxvi.

Quomō nix estate
et pluuie ī messe:
sic indecens ē stul
to gloria. Nam sicut auis
ad alta transuolās. et pas
ser quolibet vadens: sic
maledictū frustra platū
in quēpiam superueniet. Fla
gellū equo. et chamus asi
no: et virga in dorso īpru
dentiū. Ne respondeas stul
to iuxta stulticiā suā: ne ef
ficiaris ei similis. Respōde
stulto iuxta stulticiā suā:

ne sibi sapiens esse videatur.
Claudus pedibꝫ et iniq̄tatē
bibens: qui mittit verba p
nūciū stultū. Quomō pul
chras frustra habet tibias
claudus: sic indecens est ī
ore stultoꝝ parabola. Sicut
qui mittit lapidē in acer
uū mercurii: ita qui tribu
it insipienti honorē. Quo
modo si spina nascatur in
manu temulenti: sic pa
rabola in ore stultoꝝ. Iu
diciū determinat causas: et
qui imponit stulto silen
tiū iras mitigat. Sicut ca
nis qui reuertitur ad vomi
tū suū: sic imprudens qui
iterat stultitiā suā. Vidisti
hominē sapientē sibi vi
deri: magis illo spem ha
bebit stultus. Dicit piger.
leo est in via: leena in iti
neribꝫ. Sicut ostiū vertitur
in cardine suo: ita piger
in lectulo suo. Abscondit
piger manus sub ascellas
suas: et laborat si ad os
suū eas cōuerterit. Sapi

entior sibi piger videtur: septē
viris loquentibꝫ sententias.
Sicut qui apprehendit au
ribꝫ canē: sic qui transit ī
paciens cōmiscetur rixe alte
rius. Sicut noxius est qui
mittit lanceas et sagittas
et mortē: sic vir qui fraudu
lenter nocet amico suo. Et
cū fuerit deprehensus: dicit.
ludens feci. Cum defecerint
ligna extinguetur ignis: et su
surrone subtracto iurgia
cōquiescunt. Sicut carbones
ad prunas et ligna ad ig
nē: sic homo iracūdus sus
citat rixas. Verba susurro
nis quasi simplicia: et ipsa
perueniūt ad intima ventris.
Quomō si argento sordi
do ornare velis vas fictile:
sic labia tumentia cū pes
simo corde sociata. Labiis
suis intelligitur inimicus:
cum in corde tractauerit do
los. Quando submiserit vo
cem suā ne credideris ei: quo
niā septē nequicie sunt ī
corde illius. Qui operit

odiū fraudulēter: reuelabi
tur malicia eius ī concilio.
Qui fodit foueā incidet in
eam: et qui voluit lapidē
reuertet̄ ad eū. Lingua fallax
nō amat veritatē: et os lu
bricū opat̄ ruinas. Capitulum
xxvij.
Ne glorieris
in crastinū: igno
rans quid super
ventura pariat dies. Lau
det te alienus et nō os tuū:
extraneus et nō labia tua.
Graue est saxū et onerosa
harena: sed ira stulti vtro
q; grauior. Ira nō habet
misericordiā: nec erūpens
furor. Et impetū concitati
ferre q̄s poterit? Melior est
manifesta correptio: q̄m a
mor absconditus. Melio
ra sunt vulnera diligen
tis: q̄ fraudulēta odientis
oscula. Anima saturata
calcabit fauū: anima e
suriens etiam amarū pro dul
ce sumet. Sicut auis trās
migrās de nido suo: sic vir
qui relinquit locū suum.

Vnguento et varijs odorib;
delectat̄ cor: et bonis amici
cōsilijs anima dulcorat̄.
Amicū tuū et amicū pris
tui ne dimiseris: et domū
fratris tui ne ingrediaris
in die afflictionis tue. Me
lior est vicinus iuxta: q̄m
frater procul. Stude sapien
tie fili mi. et letifica cor me
um: ut possis exprobrāti
respondere sermonē. Astut̄
videns malū absconditus
est: paruuli trāseuntes
sustinuere dispendia. Tol
le vestimentū eius q̄ spo
spondit pro extraneo: et
pro alienis aufer ei pign̄.
Qui benedicit proximo
suo voce grandi de nocte
cōsurgens: maledicenti
similis erit. Tecta p̄stillā
tia in die frigoris: et litigi
osa mulier cōparantur.
Qui retinet eā quasi qui
ventū teneat: et oleū dextre
sue vocabit. Ferrū ferro a
cuit̄: et homo exacuit fa
ciem amici sui. Qui seruat

ficũ comedet fructũ eius: et
qui custos est domini sui
glorificabitur. Quomodo ĩ
aquis resplendẽt vultus
prospicientiũ: sic corda ho
minũ manifesta sunt pru
dentibꝫ. Infernus et pditi
o nõ replebũtur: similiter
et oculi hominũ insatia
biles. Quomõ pbatur in
conflatorio argentũ et in
fornace aurũ: sic pbatur
homo ore laudãtis. Si cõ
tuderis stultũ in pila. q̃si
tipsanas feriente desuper
pilo: nõ auferet̃ ab eo stul
ticia eius. Diligent̃ agnos
ce vultũ pecoris tui: tuos
q̃ greges considera. Non
enim habebis iugiter po
testatẽ: sed corona tribuet̃
in gñatione generatio
nũ. Aperta sunt prata. et
apparuerũt herbe virẽtes:
et collecta sunt fena de mõ
tibꝫ. Agni ad vestimẽtũ
tuũ: et hedi ad agri p̃ciũ.
Sufficiat tibi lac capra
rũ in cibos tuos: in neces
saria domus tue. et ad
victũ ancillis tuis. Cap̃. xxviij.

Fugit impius nemine psequẽ
te: iustus autẽ
quasi leo confidens absq̃
terrore erit. Pter pccã t̃re
multi pricipes eius: et pp̃
hominis sapiẽtiã et horum
scientiã que dicitur: vita
ducis lõgior erit. Vir pau
per calũpnians pauperes:
similis est ymbri vehemẽ
ti in quo paratur fames.
Qui derelinquũt legem
laudãt impiũ: qui custo
diũt succendũtur cõtra
eũ. Viri mali nõ cogitãt
iudiciũ: qui autẽ requirũt
dñm animaduertũt
omnia. Melior est paup
ambulãs in simplicita
te sua: q̃m dives pravis
itineribꝫ. Qui custodit
legẽ filius sapiens est: q̃
autẽ pascit cõmessatores
cõfundit patrẽ suũ. Qui
coacervat divicias usu
ris fenore liberali: ĩ pau

patres cōgregat eas. Qui de
clinat aurē suā ne audi
at legē: oratio eius erit
execrabilis. Qui decipit
iustos in via mala. in in
teritu suo corruet: et sim
plices possidebunt bona eius.
Sapiens sibi videtur vir di
ues: paup aut prudens
scrutabitur eū. In exulta
tione iustor multa glo
ria est: regnātibz impijs
ruine hominū. Qui abs
cōdit scelera sua nō diri
getur: qui aut confessus fu
erit et reliquerit ea. miseri
cordiā consequetur. Beatus
homo qui semp est pauidus:
qui vero mētis est dure
corruet ī malū. Leo rugi
ens et ursus esuriens: prin
ceps impius sup populū
pauperē. Dux indigens
prudentia. multos oppri
met per calūpniā: qui
aut odit auariciā. lōgi
fient dies eius. Hominē
qui calūpniatur anime
sanguinē: si usqz ad la

cū fugerit nemo sustinet.
Qui ambulat simpliciter
saluus erit: qui puersis
ingreditur vijs cōcidet semel.
Qui operatur terrā suā sa
turabitur panibz: qui secta
tur ociū replebitur egestate.
Vir fidelis multū lauda
bitur: qui aut festinat dita
ri non erit innocens. Qui
cognoscit in iudicio faci
em nō facit bene iste: et
pro buccella panis deserit
veritatē. Vir qui festinat
ditari et alijs inuidet: igno
rat qd egestas superueniat
ei. Qui corripit hominem.
graciā postea inueniet apud
eum: magis qm ille qui
per lingue blandimēta
decipit. Qui subtrahit a
liquid a patre suo et a
matre. et dicit hoc nō esse
peccatū: particeps homi
cide est. Qui se iactat et di
latat. iurgia concitat: qui
sperat in dn̄o sanabitur.
Qui cōfidit in corde suo
stultus est: qui aut gra

ditur sapienter iste lauda
bitur. Qui dat pauperi nō
indigebit: qui despicit dep
cantem sustinebit penuri
am. Cum surrexerint impii
abscondentur homines: cum
illi perierint multiplicabuntur
iusti. Capl'm xxix.
Viro qui corripien
tem dura cervice
contempnit. repentinus
superveniet interitus: et eum
sanitas nō sequetur. In mul
tiplicatione iustorum letabi
tur vulgus: cum impii
susceperint principatum ge
met populus. Vir qui amat
sapientiā letificat patrem
suū: qui aūt nutrit scorta
pdet substantiā. Rex iustus
eriget terrā: vir avarus de
struet eam. Homo qui blā
dis fictis qz sermonibz loqui
tur amico suo: rete expan
dit pedibz eius. Peccātem
virū iniquū involvet laq
us: et iustus laudabit atqz
gaudebit. Novit iustus
causā pauperū: impius

ignorat scientiā. Homines
pestilētes dissipāt civitatē:
sapientes vero avertunt
furorem. Vir sapiens si cū
stulto cōtenderit: sive irasca
tur sive rideat. nō inveniet
requiē. Viri sanguinū o
derūt simplicē: iusti autē
qrunt animā eius. Totū
spm suū pfert stultus: sa
piens differt et reservat in
posterū. Princeps qui liben
ter audit verba mendacii:
omēs ministros habet impi
os. Paup et creditor obvi
averūt sibi: utriusqz illumi
nator est dns. Rex qui iudicat
in veritate paupes: thronus
eius ineternū firmabitur.
Virga atqz correptio tribu
eit sapientiā: puer autem
qui dimittitur voluntati sue
cōfundet matrē suā. In mul
tiplicatione impiorum multi
plicabūtur scelera: et iusti ru
inas eorum videbūt. Erudi
filiū tuū et refrigerabit te:
et dabit delicias anime tu
e. Cum prophetia defecerit dis

sipabit^r pplus: qui custod^t
legē beatus est. Servus
verbis nō potest erudiri:
quia quod dicis ītelligit.
et respondere contēpnit. Vi
disti hominē velocem ad
loquendū: stulticia magis
sperāda est q̄m illius cor
reptio. Qui delicate a pu
ericia nutrit servū suum:
postea illū sentiet cōtuma
cē. Vir iracūdus provocat
rixas: et qui ad indignan
dū facilis est. erit ad pctā
proclivior. Supbū sequit^r
hūilitas: et hūilem spiritu
suscipiet gloria. Qui cum
fure participat^r odit aīam
suā: adiurantē audit et
nō indicat. Qui timet ho
minē cito corruet: qui spe
rat in dnō sublevabit^r. Mul
ti requirunt faciē principis:
et a dnō iudiciū egreditur
singulor. Abhominātur
iusti virū impiū: et abho
minātur impii eos qui ī
recta sunt via. Verba con
gregantis: filii vomentis.

Visio quā Cap. xxx.
locutus est vir
cū quo est deus:
et qui deo secum morante
cōfortatus ait. Stultissi
mus sum viror: et sapiā
hominū non est mecum.
Non didici sapientiā: et
non scior scientiā. Quis
ascendit in celū. atq; descē
dit? Quis cōtinuit spm̄ in
manib; suis? Quis colli
gavit aquas quasi ī vesti
mēto? Quis suscitavit
omēs terminos terre? Quod
nomē est eius: et quod no
mē filii eius si nosti? Omīs
sermo dei ignitus: clipeus
est sperātib; in se. Ne ad
das quicq̄m verbis illius:
et arguaris iveniaris q;
mendax. Duo rogavi te:
ne deneges michi. antequā
moriar. Vanitatē et verba
mendacia longe fac a me.
Mendicitatē et divicias
ne dederis michi: tribue
tantū victui meo necessa
ria: ne forte saciatus il

licitar ad negandū. et di
cam quis est dn̄s: et eges
tate cōpulsus. furer et p
iurem nomē dei mei. Ne
accuses seruū ad dn̄m su
um: ne forte maledicat
tibi et corruas. Generatio
que patri suo maledicit:
et que matri sue nō bn̄di
cit. Generatio que sibi
munda videtur: et tamen
nō est lota sordibus suis.
Generatio cuius excelsi
sunt oculi: et palpebre
eius in alta subrecte. Ge
neratio que pro dentibus
gladios habet: et cōmā
dit molaribz suis: ut cō
edat inopes de terra. et
pauperes ex hominibus.
Sanguisuge due sūt fili
e: dicentes affer affer. Tria
sunt insaturabilia: et qr
tū quod nūqm̄ dicit suf
ficit. Infernus et os vulue:
et terra que nō satiatur
aqua. Ignis vero nūqm̄
dicit sufficit. Oculū qui
subsannat patrē et de

spicit partū matris sue:
effodiant eum corui de tor
rentibus: et comedant illū
filij aquile. Tria sūt diffi
cilia michi: et quartū pe
nitus ignoro. Viam aq
le in celo: viam colubri
sup petrā: viā nauis ī
medio mari: et viā viri
in adolescētia. Talis est et
via mulieris adultere: q̄
comedit et tergens os suū
dicit. Non sum operata
malū. Per tria mouetur
terra: et quartū non potest
sustine. Per seruū cū regna
uerit: per stultū cum satu
ratus fuerit cibo: per odio
sam mulierē cum in ma
trimonio fuerit assūpta:
et per ancillā cum heres
fuerit dn̄e sue. Quatuor
sunt minima terre: et ipa
sunt sapientiora sapienti
bz. Formice. ppls infirm9:
qui pparat in messe cibū
sibi. Lepusculus plebs in
ualida: qui collocat ī pe
tra cubile suū. Regē locusta

non habet: et egredit[ur] univ
sa per turmas. Stellio ma
nibz nitit[ur]: et moratur in
edibus regis. Tria sūt que
bene gradiūtur: et quartū
quod incedit feliciť. Leo for
tissimus bestiarū: ad nul
lius pauebit occursū. Gall[us]
succinctus lūbos. Et aries:
nec est rex qui resistat ei.
Et qui stultus apparuerit:
postq̄ eleuat[us] ē ī sublime.
Si eni intellexisset: ori im
posuisset manū. Qui aut
fortiter p̄mit ubera ad elici
endū lac: exprimit butirū.
Et qui vehementer emūg[it]:
elicit sanguinē. Et qui p̄
uocat iras: producit dis
cordias. Ca[pitulum] xxxi.
Verba lamuelis
regis: visio qua
erudivit eum mater sua.
Quid dilecte mi. quid di
lecte uteri mei: quid dilec
te votor[um] meor[um]: Ne dederis
mulieribz substantiā tu
am: et divicias tuas ad
delendos reges. Noli regi

bus o lamuel noli regibz
dare vinū: quia nullū
secretū est ubi regnat ebri
etas: ne forte bibāt et ob
liviscant[ur] iudicior[um]. et mu
tent causā filior[um] paupis.
Date siceram merētibus:
et vinū hys qui amaro
sunt animo. Bibant et
obliviscātur egestatis sue:
et dolores nō recordentur
āplius. Aperi os tuum
muto: et causis omniū
filior[um] qui ptranseūt. Apri
os tuū: decerne quod ius
tū est: et iudica inopem
et pauperē. Ca[pitulum] xxxi. Aleph.
Mulierē fortē quis
inveniet: Procul
et de ultimis fi
nibus precium eius. Beth.
Confidit ī ea cor viri sui:
et spolys nō īdigeb[it]. Gimel.
Reddet ei bonū et nō ma
lū: omnibus dieb[us] vite sue.
Deleth. Quesivit lanā et
linum: et opata est cōsi
lio manuū suarum. He.
Facta est quasi navis

institoris: de longe portās panē suū. Vau. De nocte surrexit: dedit q̄z predā domesticis suis. et cibaria ā ancillis suis. Zay. Cōsideravit agrū et emit eum: de fructu manuū suarū plantavit vineā. Heth. Accinxit forti tudine lumbos suos: et roboravit brachiū suū. Theth. Gustavit et vidit quia bona est negociacio eius: non extinguetur ī nocte lucerna illius. Joth. Manū suā misit ad fortia: et digiti eius apprehenderūt fusū. Caph. Manū suā aperuit inopi: et palmas suas extē dit ad pauperem. Lamech. Non timebit domui sue a frigoribz nivis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibz. Mem. Stragulatā vestē fecit sibi: bysus et purpura indumentū eius. Nun. Nobilis in portis vir eius: quando sederit cum senatoribus terre. Sameth. Syndonē fecit et vendidit: et cingulū tradidit chananeo. Ayn. Fortitudo et decor indumentū eius: et ridebit in die novissimo. Phe. Os suum aperuit sapientie: et lex clemē tie in lingua eius. Sade. Consideravit semitas domus sue: et panem ociosa non comedit. Coph. Surrexerunt filij eius et beatissimam predicaverūt: vir eius. et laudavit eam. Res. Multe filie congregaverunt divicias: tu supergressa es universas. Syn. Fallax gracia et vana est pulchritudo: mulier timens dominum ipsa laudabitur. Thau. Date ei de fructu manuum suarum: et laudent eam in portis opera eius.

Explicit liber proverbiorum. Incipit liber ecclesiastes. Capitulum primum.



Verba
ecclesi
astes
filii da
uid re
gis ihe
rusalem. Vanitas vanita
tum dixit ecclesiastes: vanitas
vanitatum et omnia vanitas.
Quid habet amplius ho
mo de universo labore suo.
quo laborat sub sole? Ge
neratio preterit et generatio
advenit: terra vero in eter
num stat. Oritur sol et occi
dit: et ad locum suum revertitur.
Ibique renascens girat per
meridiem: et flectitur ad aqui
lonem. Lustrans universa in
circuitu pergit spiritus: et
in circulos suos revertitur.
Omnia flumina intrant in
mare: et mare non redundat.
Ad locum unde exeunt flumi
na revertuntur: ut iterum
fluant. Cuncte res difficiles:
non potest eas homo ex
plicare sermone. Non sa
turatur oculus visu: nec
auris impletur auditu.
Quid est quod fuit? Ipsum
quod futurum est. Quid est
quod futurum est? Ipsum quod
faciendum est. Nichil sub so
le novum: nec valet quisquam
dicere. ecce hoc recens est. Iam
enim precessit in seculis: que
fuerunt ante nos. Non est
priorum memoria: sed nec
eorum quidem que postea futura
sunt. erit recordatio apud
eos qui futuri sunt in no
vissimo. Ego ecclesiastes
fui rex israel in iherusalem:
et proposui in animo meo
querere et investigare sa
pienter de omnibus que fiunt
sub sole. Hanc occupatio
nem pessimam dedit deus filiis
hominum: ut occuparentur in
ea. Vidi que cuncta fiunt
sub sole: et ecce universa
vanitas et afflictio spiritus.
Perversi difficile corriguntur:
et stultorum infinitus est nu
merus. Locutus sum in
corde meo dicens. Ecce mag
nus effectus sum. Et precessi

si sapientia omnes qui fu
erunt ante me in iherusa
lem: et mens mea contem
plata est multa sapienter.
et didici. Dedique cor meum
ut scirem prudentiam atque
doctrinam: erroresque et stul
ticiam. Et agnovi quod in his
quoque esset labor et afflic
tio spiritus: eo quod in multa
sapientia multa sit indig
natio: et qui addit scien
tiam addit et dolorem. Ca. ii.

Dixi ergo in corde
meo. Vadam et
affluam deliciis:
et fruar bonis. Et vidi quod
hoc quoque esset vanitas.
Risum reputavi errorem:
et gaudio dixi. Quid frustra
deciperis? Cogitavi in cor
de meo abstrahere a vino
carnem meam: ut animum
meum transferrem ad sapien
tiam. devitaremque stulticiam:
donec viderem quid esset u
tile filiis hominum. Quo fac
to: opus est sub sole nu
mero dierum vite sue. Magni

ficavi opera mea: edi
ficavi michi domos: plan
tavi vineas: feci ortos et
pomeria: consevi ea cuncti
generis arboribus. Extruxi
michi piscinas aquarum:
ut irrigarem silvam lignorum
germinantium. Possedi ser
vos et ancillas: multamque
familiam habui. Armenta
quoque et magnos ovium
greges: ultra omnes qui fu
erunt ante me in iherusalem.
Coacervavi michi argen
tum et aurum: et substancias
regum ac provinciarum. Feci michi
cantores et cantatrices: et
delicias filiorum hominum:
scyphos et urceos in ministe
rio ad vina fundenda: et
supergressus sum opibus omnes
qui fuerunt ante me in ihe
rusalem. Sapientia quoque perse
veravit mecum: et omnia
que desideraverunt oculi
mei non negavi eis. Nec
prohibui cor meum quin
omni voluptate frueretur:
et oblectaret se in his que

parauerā. Et hanc ratus
sum partē meā: si uterer
labore meo. Cūq; me cō
uertissē ad uniuersa opera
que fecerāt manus mee.
et ad labores in quibus
frustra sudauerā: vidi in
omnibꝫ vanitatē et afflicti
onē animi: et nichil per
manere sub sole. Trāsiui
ad cōtemplandā sapien
ciā: errores q; et stulticiā.
Quid est inquā homo: ut
sequi possit regē factorē
suū? Et vidi quia tantū
p̄cederet sapiā stulticiā:
quantū differt lux a tene
bris. Sapiētis oculi in ca
pite eius: stultus in tene
bris ambulat. Et didici
q̄d unus utriusq; esset in
teritus: et dixi in corde me
o. Si unus et stulti et me
us occasus erit: quid mi
prodest q̄ maiorē sapiē
tie dedi operā? Locutusq;
cū mente mea: animaduerti
q̄ hoc quoq; esset vanitas.
Non enī erit memoria sa

pientis similiter ut stulti i
p̄petuū: et futura tēpora
obliuione cūcta pariter
operient. Moritur doctus
similiter ut indoctus: et
idcirco teduit me vite me
e: videns mala esse uni
uersa sub sole. et cuncta
vanitatē atq; afflictionē
spūs. Rursū detestatus
sum omnē industriā meā.
et que sub sole studiosissi
me laboraui: habiturus
heredem post me. quem
ignoro utrū sapiens an
stultus futurus sit: et do
minabitur in laboribꝫ meis
quibꝫ desudaui et sollici
tus fui. Et est quicq̄ tā
vanū? Unde cessaui: renun
ciauit q; cor meū ultra
laborare sub sole. Nam
cū alius laboret in sapi
entia et doctrina et solli
citudine: homini ocioso
quesita dimittit. Et hoc
ergo vanitas: et magnū
malū. Quid enī proderit
homī de uniuerso labore

suo? et afflictione spiritus qua sub sole cruciatus est? Cuncti dies eius doloribus et erumpnis pleni sunt: nec per noctem mente requiescat. Et hoc nonne vanitas est? Nonne melius est comedere et bibere? et ostendere anime sue bona de laboribus suis? Et hoc de manu dei est. Quis ita vorabit et deliciis affluet ut ego? Homini bono in conspectu suo: dedit deus sapientiam. et scientiam. et leticiam. Peccatori autem dedit afflictionem et curam superfluam: ut addat et congreget et tradat ei qui placuit deo. Sed et hoc vanitas: et cassa sollicitudo mentis. Cap iij.

Omnia tempus habent: et suis spaciis transeunt universa sub celo. Tempus nascendi: et tempus moriendi. Tempus plantandi: et tempus evellendi quod plantatum est. Tempus occidendi: et tempus sanandi. Tempus destruendi: et tempus edificandi. Tempus flendi: et tempus ridendi. Tempus plangendi: et tempus saltandi. Tempus spargendi lapides: et tempus colligendi. Tempus amplexandi: et tempus longe fieri a complexibus. Tempus acquirendi: et tempus perdendi. Tempus custodiendi: et tempus abiciendi. Tempus scindendi: et tempus consuendi. Tempus tacendi: et tempus loquendi. Tempus dilectionis: et tempus odii. Tempus belli: et tempus pacis. Quid habet amplius homo de labore suo? Vidi afflictionem quam dedit deus filiis hominum: ut distendantur in ea. Cuncta fecit bona in tempore suo? et mundum tradidit disputationi eorum: ut non inveniat homo opus quod operatus est deus ab initio usque ad finem. Et cognovi quod non esset melius: nisi letari et facere bene in vita

sua. Omnis enim homo qui
comedit et bibit. et videt bo
nu̅ de labore suo: hoc donu̅
dei est. Didici q̊d omnia ope
ra que fecit deus: pseuerent
in eternu̅. Nō possumus
eis quicq̄ addere nec aufer
re: que fecit deus ut time
atur. Quod factu̅ est ip̄z
pmanet: que futura st̄
iam fueru̅t: et deus instau
rat quod abijt. Vidi sub
sole in loco iudicij ipieta
tem: et in loco iusticie ini
quitatē. Et dixi ī corde meo.
Iustu̅ et impiu̅ iudicabit
dn̄s: et tēpus omnis rei tu̅c
erit. Dixi in corde meo de
filijs hoīm ut pbaret e
os deus: et ostenderet simi
les esse bestijs. Idcirco unus
interitus est hoīs et iu
mētoru̅: et equa utriusq̄
conditio. Sicut moritur
homo: sic et illa moriu̅
tur. Similiter spirant
omnia: et nichil habet ho
mo iumento amplius.
Cuncta subiacent vanitati:

et omnia pgu̅t ad unu̅ lo
cu̅. De terra facta su̅t: et in
terrā pariter reuertent. Quis
nouit si spiritus filioru̅
adam ascendat sursu̅: et
si sp̄us iumētor descēdat
deorsu̅? Et dephendi nichil
esse melius q̄m letari ho
minē in ope suo: et hanc
esse partē illius. Quis e
nī eum adducet: ut p̄t
se futura cognoscat? Cap iiij.

Verti me ad alia:
et vidi calupni
as que sub sole
geruntur. et lacrimas ino
centu̅ et consolatorem ne
minē: nec posse resistere
eoru̅ violentie. cunctoru̅
auxilio destitutos. Et lau
daui magis mortuos q̄
viuētes: et feliciorē utroq̄
iudicaui qui necdu̅ nat'
est: nec vidit mala que
sub sole fiu̅t. Rursus con
tēplatus omnes labores
hoīm et industrias: ani
aduerti patere inuidie proxi
mi. Et in hoc ergo vanitas:

et cura superflua est. Stul
tus complicat manus suas:
et comedit carnes suas.
Melior est pugillus cum
requie: quam plena utraque
manus cum labore et afflic
tione animi. Considerans
repperi et aliam vanitatem sub
sole. Unus est et secundum
non habet. non filium non fra
trem: et tamen laborare non
cessat. nec saciantur oculi eius
divitiis: nec recogitat dicens.
Cui laboro: et fraudo ani
mam meam bonis? In hoc quoque
vanitas est: et afflictio pes
sima. Melius ergo est du
os simul esse: quam unum. Ha
bent enim emolumentum soci
etatis sue. Si unus ceciderit:
ab altero fulcietur. Ve soli: quia
cum ceciderit non habet suble
vantem. Et si dormierint duo:
fovebuntur mutuo. Unus
quomodo calefiet? Et si quispi
am prevaluerit contra unum:
duo resistunt ei. Funiculus
triplex: difficile rumpitur. Meli
or est puer pauper et sapiens.
rege sene et stulto qui nescit
providere in posterum: quod et
de carcere catenisque interdum
quis egrediatur ad regnum: et
alius natus in regno. inopi
a consumatur. Vidi cunctos
viventes qui ambulant sub so
le: cum adolescente secundo qui
consurget pro eo. Infinitus
numerus est populi omnium qui
fuerunt ante eum: et qui post
ea futuri sunt non letabuntur
in eo. Sed et hoc vanitas:
et afflictio spiritus. Custo
di pedem tuum ingrediens do
mum dei: et appropinqua
ut audias. Multo enim
melior est obedientia quam
stultorum victime: qui nesci
unt quid faciant mali. Cap. V.

Ne temere quid
loquaris: neque
cor tuum sit velox
ad proferendum sermonem
coram deo. Deus enim in celo et
tu super terram: idcirco sint pau
ci sermones tui. Multas cu
ras sequuntur sompnia: et in
multis sermonibus invenitur

ſtulticia. Si quid vouiſti
deo ne moreris reddere: diſ
plicet enī ei infidelis et ſtul
ta ꝓmiſſio: ſed quodcūqꝫ
voueris redde. Multo qꝫ
melius eſt nō vouere: q̄m
poſt votū ꝓmiſſa nō red
dere. Ne dederis os tuū ut
peccare facias carnē tuā:
neqꝫ dicas corā angelo nō
eſt prudentia: ne forte ira
tus deus ſup ſermones tuos
diſſipet cūcta opa manuū
tuarū. Ubi multa ſūt ſōpnia:
plurime vanitates. et ſermo
nes innumeri. Tu vero deum
time. Si videris calūpnias
egenoꝝ et violenta iudicia.
et ſubuerti iuſticiā in ꝓuīcia:
non mireris ſup hoc negoti
o: quia excelſo alius excelſi
or eſt. Et ſup hos quoqꝫ emi
nētiores ſūt alij: et inſup rex
vniuerſe terre imperat ſeruiēti.
Auarus nō implebit pecuni
a: et qui amat diuicias fruc
tus nō capiet ex eis. Et hoc
ergo vanitas. Ubi multe ſūt
opes: multi et qui comedunt
eas. Et quid ꝓdeſt poſſeſſori:
niſi qd cernit diuicias ocul'
ſuis? Dulcis eſt ſōpnus o
peranti: ſiue parū ſiue mul
tū comedat. Saturitas au
tē diuitis: nō ſinit eū dormi
re. Eſt et alia infirmitas peſ
ſima: quā vidi ſub ſole. Di
uicie cōſeruate in malū dn̄i
ſui: pereūt enī in afflictione
peſſima. Generauit filiū: q
in ſumma egeſtate erit. Sicut
egreſſus eſt nudus de utero
matris ſue ſic reuertetur: et ni
chil aufferet ſecū de labore ſuo.
Miſerabilis prorſus īfirmi
tas: quomō venit ſic reuerte
tur. Quid ergo ꝓdeſt ei qd
laborauit in ventū? Cūctis
diebꝫ vite ſue cōedit in tene
bris et in curis multis: et in
erūpna atqꝫ triſticia. Hoc
itaqꝫ michi viſū eſt bonū ut
comedat quis et bibat: et fru
atur leticia ex labore ſuo qd
laborauit ipe ſub ſole: nu
mero dierū vite ſue quos de
dit ei deus. Et hec eſt pars il
lius. Et omī homī cui dedit

deus diuicias atque substā
ciā: potestatē qʒ ei tribuit
ut comedat ex eis. et fruat
parte sua. et letet de labore
suo: hoc est donū dei. Nō
eni satis recordabit dierū
vite sue: eo qd deus occupet
delicijs cor eius. Capitulum vi.

Est et aliud ma
lū quod vidi sub
sole: et quidem
frequens apud homines.
Vir cui dedit deus diuicias
et substantiā et honorē.
et nichil deest aīe eius ex oī
bus q̄ desiderat: nec tribuit
ei potestatē deus ut comedat
ex eo: sed homo extraneus
vorabit illud. Hoc vanitas:
et magna miseria est. Si
genuerit quispiā centū li
beros et vixerit multos an
nos. et plures dies etatis
habuerit: et aīa illius nō
utatur bonis substantie su
e. sepultura qʒ careat: de hoc
ego pronuncio qd melior il
lo sit abortiuus. Frustra e
nī venit et pgit ad tenebras:
et obliuione delebit nomē
eius. Nō vidit solē: neqʒ cog
nouit distantiā boni et mali.
Etiā si duobʒ milibʒ annis
vixerit. et nō fuerit pfruitus
bonis: nōne ad unū locū
properant omnia? Omnis labor
hominis in ore eius: sed aīa il
lius nō implebitur. Quid habet
amplius sapiens ab stulto?
Et quid pauper: nisi ut pgat
illuc ubi est vita? Melius est
videre qd cupias: quā deside
rare qd nescias. Sed et hoc va
nitas est: et psumptio spiritus.
Qui futurus est iā vocatū
est nomē eius: et scitur qd
homo sit: et nō possit contra
fortiorē se in iudicio contendere.
Verba sunt plurima: multā
qʒ in disputādo habētia vani
tatē. Capitulum vii.

Quid necesse est homini
maiora se querere:
cum ignoret quid [illegible] con
ducat sibi in vita su[illegible] a
numero dierū pegrinatio
nis sue et tēpore quod velut
umbra preterit? Aut quis ei

poterit indicare: quid post
eum futurum sub sole sit? Me
lius est nomen bonum quam un
guenta preciosa: et dies mortis
die nativitatis. Melius est
ire ad domum luctus: quam ad
domum convivij. In illa enim
finis cunctorum amonetur hominum:
et vivens cogitat quid futu
rum sit. Melior est ira risu:
quia per tristiciam vultus. corri
gitur animus delinquentis.
Cor sapientium ubi tristicia
est: et cor stultorum ubi leticia.
Melius est a sapiente corripi.
quam stultorum adulatione de
cipi: quia sicut sonitus
spinarum ardentium sub olla.
sic risus stulti. Sed et hoc
vanitas. Calumpnia contur
bat sapientem: et perdet robur
cordis illius. Melior est fi
nis orationis: quam principium. Me
lior est patiens arrogante.
Ne sis velox ad irascen
dum: quia ira in sinu stul
ti requiescit. Ne dicas. quid
putas cause est: quod priora
tempora meliora fuere quam

nunc sunt. Stulta est enim hu
iuscemodi interrogatio. Uti
lior est sapientia cum divitijs: et magis prodest videntibus
solem. Sicut enim protegit sapi
entia: sic protegit pecunia.
Hoc autem plus habet erudi
tio et sapientia: quod vitam tri
buunt possessori suo. Con
sidera opera dei: quod nemo pos
sit corrigere quem ille despexe
rit. In die bona fruere bo
nis: et malam diem precave.
Sicut enim hanc sic et illam fe
cit deus: ut non inveniat
homo contra eum iustas queri
monias. Hec quoque vidi
in diebus vanitatis mee.
Iustus perit in iusticia sua:
et impius multo vivit tempo
re in malicia sua. Noli es
se iustus multum: neque plus
sapias quam necesse est. ne
obstupescas. Ne impie a
gas multum: et noli esse
stultus: ne moriaris in
tempore non tuo. Bonum
est te sustentare iustum: sed
et ab illo ne subtrahas

manum tuam: quia qui deum
timet nichil negligit. Sa
pientia confortavit sapientem:
super decem principes civitatis.
Non est enim homo iustus
in terra: qui faciat bonum
et non peccet. Sed et cunctis
sermonibus qui dicuntur ne ac
commodes cor tuum: ne forte
audias servum tuum male
dicentem tibi. Scit enim tua
conscientia: quia et tu cre
bro maledixisti aliis. Cunc
ta temptavi in sapientia.
Dixi. sapiens efficiar: et
ipsa longius recessit a me
multo magis quam erat.
Et alta profunditas: quis
inveniet eam? Lustravi uni
versa animo meo: ut sci
rem et considerarem. et quererem
sapientiam et rationem: et ut co
gnoscerem impietatem stulti et er
rorem imprudentium. Et inveni
amariorem morte mulierem
que laqueus venatorum est: et
sagena cor eius. Vincula
sunt manus illius. Qui
placet deo effugiet eam: qui
autem peccator est capietur ab illa.
Ecce hoc inveni dixit ecclesi
astes unum et alterum: ut inve
nirem rationem quam adhuc que
rit anima mea: et non inveni.
Virum de mille unum repperi:
mulierem ex omnibus non inveni.
Solummodo hoc inveni quod fe
cerit deus hominem rectum: et ipse
se infinitis miscuerit questi
onibus. Quis talis ut sapi
ens est? Et quis cognovit
solutionem verbi? Capitulum viii.

Sapientia hominis
lucet in vultu eius:
et potentissimus
faciem illius commutabit. E
go os regis observo: et prece
pta iuramenti dei. Ne festines
recedere a facie eius: neque perma
neas in opere malo: quia omne
quod voluerit faciet: et sermo
illius potestate plenus est:
nec dicere ei quisquam potest.
quare ita facis. Qui custo
dit preceptum: non experietur
quicquam mali. Tempus et
responsionem. cor sapientis
intelligit. Omni negocio.

tempus est et oportūitas:
et multa hoīs afflictio
q̄a ignorat p̄terita: et ven
tura nullo potest scire nū
cio. Nō est in hoīs dicio
ne p̄hibere spm̄: nec habet
potestatē in die mortis: nec
sinitur quiescere ingruente bel
lo: neq̄ salvabit impietas
impiū. Omnia hec cōsidera
vi: et dedi cor meū in cunctis
opib; que fiūt sub sole. In
terdū dominatur homo ho
mini: in malo suo. Vidi
impios sepultos: qui etiā
cū adhuc viverēt in loco sancto
erant: et laudabantur in ci
vitate quasi iustorū operū.
Sed et hoc vanitas est. Ete
nim quia nō p̄fertur cito cō
tra malos sententia: absq;
ullo timore filii hominū
p̄petrant mala. Attamen
peccator ex eo qd centies facit
malū. et per patiētiā sus
tentatur: ego cognovi qd e
rit bonū timētib; deū. qui
verentur faciē eius. Non sit
bonū impio: nec p̄longētur
dies eius: sed quasi umbra
transeat qui nō timent
faciē dnī. Est et alia vani
tas: que fit sup terrā. Sūt
iusti quib; multa p̄veniūt:
quasi opa egerint impiorū.
Et sunt impii qui ita secu
ri sunt: quasi iustorū fac
ta habeāt. Sed et hoc va
nissimū iudico. Laudavi
igitur leticiā. qd nō esset ho
mini bonū sub sole. nisi
q̄ cōederet et biberet atq;
gauderet: et hoc solū secū
afferret de labore suo ī di
ebus vite sue quos dedit ei
deus sub sole. Et apposui
cor meū ut scirē sapiētiā:
et intelligerē distensionē
que versatur in terra. Est ho
mo qui dieb; ac noctib;
sōpnū oculis nō capit:
et intellexi qd omnium
operum dei nullam pos
sit homo invenire ratio
nem eorū que fiunt sub
sole: et quanto plus la
boraverit ad querendū.
tanto minus inveniet.

Etiā si dixerit sapiens se nos
se: nō poterit reperire. Omīa
hec tractaui in corde meo: ut
curiose itelligerē. Caplm ix.
Sunt iusti atq; sa
pietes: et opa eor
in manu dei. Et
tamen nescit homo utrū a
more an odio dignus sit:
sed omīa in futurū seruāt
incerta: eo qd̄ uniusa eque e
ueniāt iusto et impio. bo
no et malo. mūdo et īmūdo:
īmolanti uictimas et sacri
ficia contēpnenti. Sicut bo
nus sic et pctōr: ut piurus
ita et ille qui verū deiurat.
Hoc est pessimū int omīa
que sub sole fiunt: qa eadē
cunctis eueniūt. Unde et cor
da filior hoīm implētur
malicia et contēptu ī vita
sua: et post hec ad inferos
deducent. Nemo est qui sēp
uiuat: et qui huius rei habe
at fiduciā. Melior est canis
uiuus: leone mortuo. Uiuē
tes enī sciūt se esse morituros:
mortui vero nichil nouerīt
amplius nec habēt ultra mer
cedē: quia obliuioni tradi
ta est memoria eor. Amor
quoq; et odiū et inuidia sil
perierūt: nec habēt partē ī
hoc seculo. et in opere qd̄
sb sole gerit. Uade ergo et
comede in leticia panē tuū:
et bibe cū gaudio uinū tuū:
quia deo placēt opa tua.
Omī tempore sint uestimē
ta tua candida: et oleū de ca
pite tuo nō deficiat. Pfruē
re vita cū uxore quā diligis
cunctis dieb; vite īstabilitatis
tue: qui dati sūt tibi sub so
le omī tēpore vanitatis tue.
Hec est enī pars in vita et ī
labore tuo: quo laboras sb
sole. Qdcumq; potest man9
tua facere. instanter opare:
quia nec opus nec racio nec
sciencia nec sapia erūt apd
inferos. quo tu pperas.
Uerti me alio. vidi q; sub
sole nec uelociū esse cursū.
nec fortiū bellū. nec sapiē
ciū panē: nec doctor diuici
as. nec artificū graciā: sed

tēpus casū q3 in omībz. Ne
scit homo finē suū: sed sicut
pisces capiūtur hamo et
aues cōprehendūtur laqō:
sic capiūtur hoīes tempore
malo. cū eis extimplo sup
uenerit. Hanc quoq3 vidi sub
sole sapiām: et pbaui maxi
mā. Ciuitas parua: et pauci
in ea viri. Venit cont̄ eā rex
magnus: et vallauit eā. Ex
struxit q3 municiones per gy
rū: et pfecta est obsidio. In
uentus q3 in ea vir pauper
et sapiens. liberauit urbē
per sapiām suā: et nullus
deinceps recordatus est hoīs
illius paupis. Et dicebā ego
meliorē esse sapiām fortitu
dine. Quoniō ergo sapiētia
paupis cōtempta est. et ver
ba eius nō sunt audita? Ver
ba sapientiū audiūtur in
silentio: plus qm̄ clamor
pncipis int̄ stultos. Melior
est sapientia qm̄ arma
bellica: et qui in vno pec
cauerit. multa bona per
det. Capitulū decimum.

Muscę morientes:
pdūt suauitatē
vnguēti. Pciosi
or est sapientia et gloria:
parua ad tēpus stulticia.
Cor sapiētis in dextera eius:
et cor stulti in sinistra illius.
Sed et in via stultus ābu
lans: cū ipē insipiēs sit. ō
nes stultos estimat. Si sps
potestatē habentis ascenderit
sup te. locū tuū ne dimiseris:
quia curatio cessare faciet p
ccata maxima. Est malū qd
vidi sub sole: quasi per erro
rē egrediens a facie pncipis.
Positū stultū in dignitate
sublimi: et diuites sedere de
orsū. Vidi seruos in equis:
et pncipes ābulantes quasi
seruos sup terrā. Qui fodit
foueam incidit in eam: et
qui dissipat sepem mordebit
eū coluber. Qui transfert
lapides affligetur in eis: et q
scindit ligna vulnerabitur
ab eis. Si retusū fuerit fer
rū: et hoc nō ut prius sed
hebetatū erit: multo labo

re exacuetur. Et post industriam sequitur sapientia. Si mordeat serpens in silentio: nichil eo minus habet qui occulte detrahit. Verba oris sapientis gratia: et labia insipientis precipitabunt eum. Inicium verborum eius stulticia: et novissimum oris illius error pessimus. Stultus verba multiplicat. Ignorat homo quid ante se fuerit: et quid post futurum est quis illi poterit indicare? Labor stultorum affliget eos: qui nesciunt in urbem pergere. Ve tibi terra cuius rex puer est: et cuius principes mane comedunt. Beata terra cuius rex nobilis est: et cuius principes vescuntur in tempore suo. ad reficiendum et non ad luxuriam. In pigriciis humiliabitur contignatio: et in infirmitate manuum perstillabit domus. In risu faciunt panem ac vinum: ut epulentur bibentes. Et pecunie obediunt omnia. In cogitatione tua regi ne detrahas: et in secreto cubiculi tui ne maledixeris diviti: quia avis celi portabit vocem tuam: et qui habet pennas annunciabit sententiam.

Capitulum xi

Mitte panem tuum super transeuntes aquas: quia post multa tempora invenies illum. Da partem septem necnon et octo: quia ignoras quid futurum sit mali super terram. Si replete fuerint nubes: ymbres super terram effundent. Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem: in quocumque loco ceciderit ibi erit. Qui observat ventum non seminat: et qui considerat nubes numquam metet. Quomodo ignoras que sit via spiritus: et qua ratione compingantur ossa in ventre pregnantis: sic nescis opera dei qui fabricator est omnium. Mane semina semen tuum. et vespere ne cesset manus tua: quia nescis quid magis oriatur hoc an illud: et si utrumque simul melius erit. Dulce

lumen: et delectabile est oculis
videre solem. Si annis mul
tis vixerit homo. et in hys
omnibz letus fuerit: meminisse
debet tenebrosi temporis et die
rum multorum: qui cum venerit. va
nitatis arguntur preterita. Le
tare ergo iuvenis in adolescen
tia tua. et in bono sit cor tu
um in diebz iuventutis tue:
et ambula in viis cordis tui.
et intuitu oculorum tuorum: et
scito quod pro omnibz hys addu
cet te deus in iudicium. Aufer
iram a corde tuo: et amove ma
liciam a carne tua. Adolescen
tia enim et voluptas vana sunt.

Memento Cap. xii.
creatoris tui in di
ebus iuventutis tu
e: antequam veniat tempus af
flictionis. et appropinquent
anni de quibz dicas. non mi
chi placent. Antequam tenebres
cat sol. et lumen. et luna. et
stelle: et revertantur nubes post
pluviam. Quando commove
buntur custodes domus: et
nutabunt viri fortissimi.
Et ociose erunt molentes in
minuto numero: et tenebres
cent videntes per foramina. Et
claudent ostia in platea in
humilitate vocis molentis:
et consurgent ad vocem volucris:
et obsurdescent omnes filie car
minis. Excelsa quoque timebunt:
et formidabunt in via. Flore
bit amigdalum. impinguabitur
locusta. et dissipabitur cappa
ris: quoniam ibit homo in domum
eternitatis sue: et circuibunt in
platea plangentes. Antequam rum
patur funis argenteus et recur
rat vitta aurea: et conteratur
ydria super fontem. et confringa
tur rota super cisternam: et rever
tatur pulvis in terram suam
unde erat. et spiritus redeat ad de
um qui dedit illum. Vanitas
vanitatum dixit ecclesiastes: et
omnia vanitas. Cumque esset sapi
entissimus ecclesiastes. docuit
populum et enarravit que fecerat:
et investigans composuit parabo
las multas. Quesivit verba
utilia: et conscripsit sermones
rectissimos. ac veritate ple

nos. Verba sapientum sicut
stimuli. et quasi claui in altum
defixi: que per magistrorum consili
um data sunt a pastore uno.
His amplius fili mi ne requi
ras. Faciendi plures libros nul
lus est finis: frequensque medi
tatio, carnis afflictio est. Finem
loquendi omnes pariter au
diamus. Deum time: et man
data illius obserua. Hoc est
enim omnis homo. Et cuncta
que fiunt adducet deus in
iudicium: pro omni errato
siue bonum siue malum sit.

Explicit liber ecclesiastes.
Incipit cantica canticorum.



Osculet
me oscu
lo oris
sui: quia
meliora
sunt ube
ra tua vino: fraglantia vnguen
tis optimis. Oleum effusum nomen
tuum: ideo adolescentule dilex
erunt te. Trahe me post te:
curremus in odorem vn
guentorum tuorum. Intro
duxit me rex in cellaria sua.
Exultabimus et letabimur in
te: memores uberum tuorum su
per vinum. Recti diligunt te.
Nigra sum sed formosa fi
lie iherusalem: sicut taberna
cula cedar. sicut pelles salo
monis. Nolite me considera
re quod fusca sim: quia decolo
rauit me sol. Filii matris
mee pugnauerunt contra
me: posuerunt me custodem
in vineis. vineam meam non cus
todiui. Indica michi quem di
ligit anima mea. ubi pascas. u
bi cubes in meridie: ne vaga
ri incipiam post greges sodalium
tuorum. Si ignoras te o pul
chra inter mulieres: egredere
et abi post vestigia gregum:
et pasce hedos tuos iuxta ta
bernacula pastorum. Equita
tui meo in curribus pharaonis:
assimilaui te amica mea.
Pulchre sunt gene tue sicut
turturis: collum tuum sicut mo
nilia. Murenulas aureas fa
ciemus tibi: vermiculatas ar
gento. Dum esset rex in accubi

tu suo: nardus mea dedit o
dorē suū. Fasciculus mirre di
lectus meus michi: int(er) ubera
mea cōmorabit(ur). Botrus cypri
dilectus meus michi: in vine
is engaddi. Ecce tu pulchra
es amica mea: ecce tu pulch(r)a:
oculi tui columbarū. Ecce tu
pulcher es dilecte mi. et deco
rus. Lectulus n(oste)r floridus:
tigna domor(um) nr̄ar(um) cedrina:
laquearia nostra cypressina

Ego flos Capitulum ij.
cāpi: et liliū con
valliū. Sicut lili
um inter spinas: sic amica
mea int(er) filias. Sicut malū
inter ligna silvarū: sic dilec
tus meus int(er) filios. Sub ū
bra illius quā desiderabam
sedi: et fructus eius dulcis gut
turi meo. Introduxit me in
cellā vinariā: ordinavit in
me caritatē. Fulcite me floribz:
stipāte me malis: q(ui)a amore
langueo. Leva eius sub capi
te meo: et dextera illius āplex
abit me. Adiuro vos filie ihe
rusalē per capreas ceruos q(ue)
campor(um): ne suscitetis neq(ue) e
vigilare faciatis dilectā quo
adusq(ue) ipa velit. Vox dilecti
mei. Ecce iste venit saliens i
mōtibz: transiliens colles. Si
milis est dilectus meus capree
e: hynnulo q(ue) ceruor(um). En ipse
stat post parietē nr̄m: respi
ciens per fenestras. prospiciēs
per cancellos. Et dilectus meus
loq(ui)tur michi. Surge propera
amica mea. columba mea. for
mosa mea: et veni. Iam enī
hyems transijt: ymber abijt
et recessit. Flores apparuerūt
in terra nostra: tempus puta
tionis advenit. Vox turturis
audita est in terra nostra. Ficus
protulit grossos suos: vinee
florentes dederūt odorem suū.
Surge amica mea. speciosa
mea et veni: columba mea in
foraminibz petre. in caverna
macerie. Ostende michi faciē
tuā: sonet vox tua in auribz
meis. Vox enī tua dulcis: et
facies tua decora. Capite no
b(is) vulpes parvulas que
de moliūtur vineas: nam

vinea nostra floruit. Dilectus
meus michi et ego illi: qui
pascitur inter lilia: donec aspi
ret dies et inclinentur umbre.
Revertere similis esto dilecte mi
capree aut hinnulo cervorum:
super montes bether. Capitulum iij.
In lectulo meo per noctes:
quesivi quem diligit
anima mea. Quesivi illum:
et non inveni. Surgam et circui
bo civitatem: per vicos et pla
teas queram quem diligit anima
mea. Quesivi illum: et non inve
ni. Invenerunt me vigiles: qui
custodiunt civitatem. Num quem
diligit anima mea vidistis?
Paululum cum pertransissem eos:
inveni quem diligit anima mea.
Tenui eum nec dimittam:
donec introducam illum in
domum matris mee. et in cubi
culum genitricis mee. Adiuro
vos filie ierusalem per capreas
cervosque camporum: ne suscite
tis neque evigilare faciatis
dilectam. donec ipsa velit. Que
est ista que ascendit per de
sertum sicut virgula fumi ex

aromatibus mirre et thuris:
et universi pulveris pigmen
tarii? En lectulum salomonis
sexaginta fortes ambiunt ex
fortissimis israel: omnes
tenentes gladios et ad bella
doctissimi. Uniuscuiusque
ensis super femur suum: propter
timores nocturnos. Ferculum
fecit sibi rex salomon: de
lignis libani. Columpnas eius
fecit argenteas: reclinatorium
aureum: ascensum purpureum.
Media caritate constravit:
propter filias ierusalem. Egre
dimini et videte filie syon regem
salomonem. in dyademate quo
coronavit eum mater sua. in
die desponsationis illius: et
in die leticie cordis eius. Capitulum iiij
Quam pulchra
es amica mea: quam
pulchra es. Oculi
tui columbarum: absque eo quod
intrinsecus latet. Capilli tui
sicut greges caprarum: que
ascenderunt de monte gala
ad. Dentes tui sicut greges
tonsarum: que ascenderunt de

lauacro. Omnes gemellis fe
tibus: et sterilis non est inter eas.
Sicut vitta coccinea labia
tua: et eloquium tuum dulce. Si
cut fragmen mali punici.
ita gene tue: absque eo quod
intrinsecus latet. Sicut tur
ris dauid collum tuum: que edifi
cata est cum propugnaculis.
Mille clipei pendent ex ea: omnis
armatura fortium. Duo ube
ra tua sicut duo hinnuli ca
pree gemelli: qui pascuntur in li
liis. donec aspiret dies et incli
nentur umbre. Vadam ad montem
murre: et ad collem thuris. To
ta pulchra es amica mea: et
macula non est in te. Veni de liba
no sponsa mea: veni de libano
veni. Coronaberis de capite
amana. de vertice sanir et
hermon: de cubilibus leonum.
de montibus pardorum. Vulnerasti
ti cor meum soror mea sponsa:
vulnerasti cor meum in vno
oculorum tuorum. et in vno cri
ne colli tui. Quam pulchre sunt
mamme tue soror mea spon
sa. Pulchriora ubera tua vi
no: et odor unguentorum tuorum su
per omnia aromata. Fauus
distillans labia tua sponsa:
mel et lac sub lingua tua:
et odor vestimentorum tuorum sicut
odor thuris. Ortus conclusus
soror mea sponsa: ortus con
clusus: fons signatus. Emis
siones tue paradisus malorum
punicorum cum pomorum fructi
bus. Cypri cum nardo: nardus
et crocus: fistula et cynamo
et minue offendicula. Re
vertere ad dominum et avertere ab iniu
sticia tua: et nimis odito ex
crationem: et cognosce iusticias
et iudicia dei. et sta in sorte
propositionis et orationis
altissimi dei. In partes vade
seculi sancti: cum vivis et dan
tibus confessionem deo. Non de
moreris in errore impiorum.
Ante mortem confitere: a mor
tuo quasi nichil perit. Confi
teberis vivens: vivus et sanus
confiteberis. et laudabis deum:
et gloriaberis in miserationi
bus illius. Quam magna mi
sericordia dei: et propiciatio illius
convertentibus ad se. Nec enim
omnia possunt esse in hominibus:
quoniam non est inmortalis filius
hominis: et in vanitate mali
cie placuerunt. Quid lucidius
sole? Et hic deficiet. Aut quod
nequius excogitavit caro et san
guis? Et hoc arguetur. Virtu
tem altitudinis celi ipse conspi
cit: et omnes homines terra et cinis.

Qui vivit Ca. xviij.
in eternum: omnia cre-
avit simul. Deus
solus iustificabitur: et ma-
net invictus rex in eternum. Quis
sufficiet enarrare opera illi-
us? Quis enim investigabit
magnalia illius? Virtutem
autem magnitudinis eius quis
enunciabit? Et quis adiciet
enarrare misericordiam eius?
Non est minuere neque adicere:
nec est invenire magnalia dei.
Cum consummaverit homo
tunc incipit: et cum quieverit
operabitur. Quid est homo:
et que gratia illius? Et quid
bonum: aut quid nequam illius?
Numerus dierum hominum ut
multum centum anni: quasi
gutte aque amare deputati
sunt. Et sicut calculus ha-
rene: sic exigui anni in die
evi. Propter hoc patiens est
deus in illis: et effundet super
eos misericordiam suam. Vidit
presumptionem cordis illorum quoniam
mala est: et cognovit subver-
sionem illorum quoniam nequam est. Ideo
adimplevit propiciationem suam
in illis: et ostendit illis viam
equitatis. Miseratio hominis
circa proximum suum. Misericordia
autem dei super omnem carnem. Qui
misericordiam habet: et docet
erudit quasi pastor gregem
suum. Miseretur excipiens doc-
trinam miserationis: et qui fes-
tinat in iudiciis eius. Fili in
bonis non des querelam: et in omni
dato non des tristiciam verbi
mali. Nonne ardorem refrigera-
bit ros? Sic et verbum melius
quam datum. Nonne ecce verbum
super datum bonum? Et utraque cum
homine iustificato. Stultus
acriter improperabit: et da-
tus indisciplinati tabescere facit
oculos. Ante iudicium para iusti-
ciam tibi: et antequam loquaris dis-
ce. Ante languorem adhibe me-
dicinam: et ante iudicium interro-
ga teipsum: et in conspectu dei in-
venies propiciationem. Ante lan-
guorem humilia te: et in tempore
infirmitatis ostende conversa-
tionem tuam. Non impediaris o-
rare semper: et non verearis us-

ad mortē iustificari: quoniā
merces dei manet ī eternū. An
te orōnē ꝑpara aīmā tuam:
et noli esse quasi homo qui
temptat deū. Memēto ire ī die
cōsummationis: et tēpus retri
butionis in cōuersatione fa
ciei. Memēto paupertatis in
tēpore abundātie: et necessita
tem paupertatis in die diuiti
arū. A mane usq; ad vesperā
inmutabit᷑ tempus: et hec ō
nia citata in oculis dei. Ho
sapiens in omībȝ metuet:
et in diebȝ delictoꝝ attendet
ab inertia. Omīs astutus ag
noscit sapiētiā: et inuenienti
eam dabit cōfessionē. Sensati
in verbis et ipsi sapiēter egē
runt: et intellexerūt veritatē ⁊
iusticiā: et inplorauerūt ꝓuer
bia et iudicia. Post cōcupis
centias tuas non eas: et a
volūtate tua auertē. Si pre
stas aīme tue cōcupiscētias
eius: faciet te in gaudiū ini
micis tuis. Ne oblecteris in
turbis nec in modicis: assi
dua enī est cōmissio illorū.

Ne fueris mediocris in cōtē
tione ex fenore: et nō est tibi
nichil in sacculo. Eris enim
inuidus tue vite. Capitulum xix.

Operarius ebriosus
non locupletabit᷑:
et qui spernit mo
dica paulatī decidit. Vinū
et mulieres apostatare faci
unt sapiētes: et arguūt sen
satos. Et qui se iūgit forni
carijs: erit neqm. Putredo ⁊
vermes hereditabūt illū: et
extollet᷑ in exēplū maius: et
tolletur de numero aīma eī.
Qui credit cito leuis corde est
et minorabit᷑: et qui delinquit
in aīmā suā insup habebit᷑.
Qui gaudet īiquitati denota
bit᷑: et qui odit correptionē
minuet᷑ vita: et qui odit lo
quacitatē extinguit mali
ciam. Qui peccat in animā
suā penitebit: et qui iocun
datur malicia denotabitur.
Ne iteres verbū neqm et durū:
et nō minoraberis. Amico ⁊
inimico noli narrare sensum
tuū: et si est tibi delictū noli

denudare. Audiet enim te et custo-
diet te. et quasi defendens peccatum
odiet te. et sic aderit tibi semper.
Audisti verbum aduersus pro-
ximum tuum: commoriatur in te: fidens
quoniam te non disrumpet. A fa-
cie verbi parturit fatuus: tan-
quam gemitus partus infantis.
Sagitta infixa femori carnis:
sic verbum in ore stulti. Corri-
pe amicum. ne forte non intellex-
erit et dicat non feci: aut si fe-
cerit. ne iterum addat facere.
Corripe proximum ne forte non
dixerit: et si dixerit ne forte
iteret. Corripe amicum. sepe e-
nim fit commissio: et non omni
verbo credas. Est qui labitur
lingua sua: sed non ex animo.
Quis est enim qui non deliquerit
in lingua sua? Corripe pro-
ximum antequam commineris: et da
locum timori altissimi: quia
omnis sapientia timor dei. et
in illa timere deum. Et in omni
sapientia dispositio legis: et
non est sapientia nequicie disci-
plina: et non est cogitatus pec-
catorum prudentia. Est nequicia
et in ipsa execratio: et est insi-
piens qui minuitur sapientia.
Melior est homo qui deficit
sapientia. et deficiens sensu in
timore: quam qui abundat
sensu et transgreditur legem altis-
simi. Est sollertia certa et ip-
sa iniqua. et est qui emittit ver-
bum certum enarrans veritatem.
Est qui nequiter humiliat se:
et interiora eius plena sunt
dolo. Et est iustus: qui se ni-
mium summittit a multa
humilitate. Et est iustus qui
inclinat faciem: et fingit non
videre se quod ignoratum est.
Et si ab imbecillitate virium
vetetur peccare: si invenerit
tempus malefaciendi malefa-
ciet. Ex visu cognoscitur vir:
et ab occursu faciei cognos-
citur sensatus. Amictus cor-
poris. et risus dentium. et ingres-
sus hominis: enunciant de illo.
Est correptio mendax in ira
contumeliosi: et est iudicium quod
non probatur esse bonum.
Et est tacens: et ipse est pru-
dens. Capitulum xx.

Quam bonum est ar-
guere quam irasci: et
confitentem in oratione
non prohibere. Concupiscentia
spadonis devirginavit iuven-
culam: sic qui facit per vim
iudicium iniquum. Quam bonum
est correptum manifestare peni-
tentiam: sic enim effugies volun-
tarium peccatum. Est tacens qui
invenitur sapiens: et est odibilis
qui procax est ad loquendum.
Est autem tacens non habens
sensum loquele: et est tacens
sciens tempus apti temporis. Ho-
mo sapiens tacebit usque ad
tempus: lascivus autem et impru-
dens non servabunt tempus.
Qui multis utitur verbis le-
det animam suam: et qui potes-
tatem sibi assumit iniuste odi-
etur. Est processio in malis vi-
ro indisciplinato: et est inven-
tio in detrimentum. Est datum
quod non est utile: et est
datum cuius retributio duplex.
Est propter gloriam minoratio:
et est qui ab humilitate leva-
bit caput. Est qui multa

redimat modico pretio: et
restituens ea in septuplum. Sa-
piens in verbis seipsum ama-
bilem facit: gratie autem fatuo-
rum effundentur. Datus insipien-
tis non erit utilis tibi: ocu-
li enim illius septemplices sunt.
Exigua dabit et multa im-
properabit: et apertio oris
illius inflammatio est. Hodie
fenerat quis et cras expetit:
et odibilis homo eiusmodi.
Fatuo non erit amicus: et
non erit gratia bonis illius.
Qui enim edunt panem illius:
false lingue sunt. Quoties
et quanti irridebunt eum. Neque
enim quod habendum erat di-
recto sensu distribuit: simi-
liter et quod non erat haben-
dum. Lapsus false lingue quasi
qui in pavimento cadens: sic
casus malorum festinanter ve-
niet. Homo acharis quasi
fabula vana: in ore indisci-
plinatorum assidua erit. Ex
ore fatui reprobabitur para-
bola: non enim dicit illam in
tempore suo. Est qui vetatur

pectare ab inopia: et in requie
sua stimulabitur. Est qui per
det animam suam pre confusione:
et ab imprudenti persona perdet
eam: persone autem acceptione
perdet se. Est qui pre confusione
promittit amico: et lucratus
est eum inimicum gratis. Obpro
brium nequam in homine menda
cium: et in ore indisciplinatorum
assidue erit. Potior fur est
quam assiduitas viri mendacis:
perditionem autem ambo heredita
bunt. Mores hominum menda
cium sine honore: et confusio illo
rum cum ipsis sine intermissione.
Sapiens in verbis producet se ip
sum: et homo prudens placebit
magnatis. Qui operatur terram
suam inaltabit acervum frugum:
et qui operatur iusticiam ipse ex
altabitur. Qui vero placet
magnatis: effugiet iniquitatem.
Xenia et dona excecant oculos
iudicum: et quasi mutus in
ore avertit correptiones eo
rum. Sapientia absconsa et
thesaurus invisus: que uti
litas in utrisque? Melior est qui

celat insipientiam suam: quam homo qui
abscondit sapientiam suam.

Fili peccasti Capitulum xxi.
non adicias
iterum: sed et de pristinis
deprecare ut tibi dimit
tantur. Quasi a facie colubri
fuge peccata: et si accesseris
ad illa suscipient te. Dentes
leonis dentes eius: interficien
tes animas hominum. Quasi
romphea bis acuta omnis iniqui
tas: plage illius non est sa
nitas. Obiurgatio et iniurie
annullabunt substantiam: et
domus que nimis locuples
est annullabitur superbia. Sic
substantia superbi eradicabitur.
Deprecatio pauperis ex ore usque
ad aures veniet: et iudicium
festinato adveniet illi. Qui
odit correptionem vestigium est
peccatoris: et qui timet deum
convertetur ad cor suum. Notus
a longe potens lingua auda
ci: et sensatus scit labi se ab
ipso. Qui edificat domum
suam impendiis alienis: quasi
qui colligit lapides suos in

hyeme. Stuppa collecta synagoga peccantiū: et cōsūmatio illorum flāma ignis. Via peccantiū cōplantata lapidibus: et in fine illorum īferi et tenebre et pene. Qui custodit iusticiā: cōtinebit sensū eius. Consūmatio timoris dei: sapiētia et sensus. Nō erudietur: qui non est sapiēs in bono. Est autē īsipientia que abūdat in malo: et non ē sensus ubi est amaritudo. Sciētia sapiētis tamquam inūdatio abūdabit: et cōsiliū illius sicut fons vite pmanet. Cor fatui quasi vas cōfractū: et omnē sapientiā nō tenebit. Verbū sapiens quodcumque audierit scius: laudabit. et adiciet. Audivit luxuriosus et displicebit illi: et pīciet illud post dorsum suū. Narratio fatui quasi sarcina in via: nam in labiis sensati īvenietur gratia. Os prudētis querit in ecclesia: et verba illius cogitabunt in cordibus suis. Tamquam domus exterminata sic fatuo sapientia: et sciētia īsensati īenarrabilia verba. Cōpedes ī pedibus stulto doctrina: et quasi vincula manuū sup manū dexterā. Fatuus in risu exaltat vocē suā: vir autē sapiens vix tacite ridebit. Ornamentū aureum prudēti doctrina: et quasi brachiale in brachio dextro. Pes fatui facilis in domū pximi: et homo peritus cōfundetur a psona potentis. Stultus a fenestra respiciet in domum: vir autē eruditus foris stabit. Stulticia hominis auscultare per ostiū: et prudēs gravabitur cōtumelia. Labia īprudētiū stulta narrabunt: verba autē prudentiū statera pōderabuntur. In ore fatuorum cor illorum: et in corde sapientiū os illorum. Dū maledicit impius dyabolū: maledicit ipse aīmā suam. Susurro coinquinabit aīmā suā: et ī omnibus odietur. Et qui manserit odiosus erit: tacitus et sensatus honorabitur.

Capitulum xxii.

In lapide luteo lapidatus est pi-

ger: et om̄es loquent̄ super
aspnationē illius. De ster
core boum lapidatus est pi
ger: et om̄is qui tetigerit eū
excutiet manus. Confusio
patris est de filio īdisciplīato:
in filia aūt fatua in dimi
noratione fiet. Filia prudēs
hereditas uiro suo: nā que
cōfundit. in cōtumeliā fit
genitoris. Patrē et uirum
cōfundit audax: et ab ipīs
nō minorabit̄: ab utrisq̄
aūt ī honorabit̄. Musica
in luctu importuna narra
tio: flagella et doctrina in
om̄i tēpore sapiā. Qui do
cet fatuū: quasi qui cōgluti
nat testā. Qui narrat uer
bum nō audiēti: quasi qui
excitat dormientē de graui
sompno. Cum dormiēte lo
quitur: qui enarrat stulto
sapientiā et in fine narrati
onis dicit. Quis est hic? Su
pra mortuū plora: defecit e
nim lux eius. Et supra fa
tuū plora: defecit enī sensus.
Modicū plora sup mortuū:

quoniā requieuit. Nequissi
mi enī nequissima uita: su
per mortē fatui. Luctus mor
tui septē dies: fatui aūt et
impij. om̄es dies uite illoꝝ.
Cum stulto ne multū loq̄
ris: et cū insensato ne abieris.
Serua te ab illo ut nō mo
lestiā habeas: et nō coinqui
naberis in peccato illius. De
flecte ab illo et īuenies requiē:
et non accidiaberis in stulti
tiā illius. Sup plūbū quid
grauabit̄? Et quod illi aliud
nomē q̄m fatuus? Harenā
et salem et massam ferri faci
lius est portare: q̄m hominē
imprudentē et fatuū et ipiū.
Loramentū ligneū colligatū
fundamēto edificij nō dissol
uetur: sic et cor cōfirmatū in
cogitatione cōsilij. Cogitatus
sensati: in om̄i tēpore uel me
tu nō deprauabit̄. Sicut pale
in excelsis et cementa sine im
pensa posita cōtra faciē uenti
non permanebūt: sic et cor ti
midū in cogitatione stulti
contra impetū timoris non

resistit: sic et cor trepidū in co-
gitatione fatui omī tempore
non metuet: sic et qui in pcep-
tis dei pmanet semp. Pungens
oculū deducit lacrimas: et q
pungit cor pfert sensū. Mittēs
lapidē in volatilia deiciet il-
la: sic qui cōuiciatur amico dis-
soluit amiciciā. Ad amicum
et si produxeris gladiū non
desperes: est enī regressus ad
amicū. Si aperuerit os triste:
non timeas. Est enī concordati-
o: excepto cōuicio. et īproperio.
et supbia. et mistery reuelati-
one. et plaga dolosa. In hys
omībz effugiet amicus. Fidem
posside cum amico in paup-
tate illius: ut et in bonis illius
leteris. In tēpore tribulationis
illius pmane illi fidelis: ut
et in hereditate illius coheres
sis. Ante ignē camini vapor
et fumus ignis īaltatur: sic
et ante sanguinē maledicta
et cōtumelie et mine. Amicū
salutare nō confundaris: et
a facie illius nō me abscon-
dam: et si mala michi euene-
rint per illū sustinebo. Om-
nis qui audiet: cauebit se ab
eo. Quis dabit ori meo custo-
diā. et sup labia mea signa-
culū certū: ut ne cadā in ipsis.
et lingua mea perdat me. Capitulum xxiij.

Domine pater et dominator
vite mee ne derelin-
quas me in consilio illor: nec
sinas me cadere in illa expro-
bratione. Quis supponit in
cogitatu meo flagella. et in
corde meo doctrinā sapiētie: ut
ignorationibz eor nō parcat
michi. et nō appareāt delicta
illor: ne adīcrescāt ignorātie
mee. et multiplicētur delicta
mea et peccata mea abūdent:
et īcidam in conspectu adūsa-
rior et gaudeat īimicus meus.
Dn̄e pater et deus vite mee: ne
derelinquas me in cogitatu il-
lor. Extollentiā oculor meor.
ne dederis michi: et omē deside-
riū prauū auerte a me. Aufer
a me ventris cōcupiscētias:
et concubitus cōcupiscētie ne
apprehendāt me: et aīme irre-

uerenti et īfrunite ne tradas
me. Doctrinā oris audite fi
lij: et qui custodierit illā nō
periet labijs suis: nec scanda
lizabit̄ in operibȝ nouissimis.
In vanitate sua apphendit̄ pc̄a
tor ⁊ supbꝰ ⁊ maledicus scan
dalizabit̄ in illo. Iurationi n̄
assuescat os tuū: multus enī
casus in illa. Nominatio vero
dei non sit assidua in ore tuo:
et nominibȝ scōꝝ nō admiscea
ris: quoniā nō eris imunis
ab eis. Sicut enī seruus īterro
gatus assidue a liuore nō mi
nuitur: sic omīs iurans et no
minās. in toto a peccato nō
purgabit̄. Vir multū iurās
īplebitur īiquitate: et nō dis
cedet a domo illius plaga. Et
si frustrauerit delictū illius
sup ipsū erit: et si dissimula
uerit delinquet dupliciter.
Et si in vacuū iurauerit non
iustificabit̄: replebit̄ enī retri
butione domus illius. Est et
alia loquela cōtraria morti:
non īueniat̄ in hereditate ia
cob. Etenī a misericordibȝ om
nia hec auferent̄: et ī delictis
nō volutabunt̄. Indisciplinose
loquele non assuescat os tu
um: est enī in illa verbū pec
cati. Memento patris et ma
tris tue: in medio enī mag
natorū consistis: ne forte ob
liuiscat̄ te deus in cōspectu
illoꝝ. et assiduitate tua īfa
tuatus improperiū patia
ris. et maluisses nō nasci:
et diē natiuitatis tue male
dicas. Homo assuetus ī ver
bis improperij: in omnibȝ
diebȝ suis non erudietur.
Duo genera abūdāt in pec
catis: et terciū adducit irā et
pdicionē. Anima calida quasi
ignis ardens. nō extinguet̄
donec aliquid deglutiat: et
homo nequā in ore carnis
sue non desinet donec accen
dat ignē. Homī fornicario
omīs panis dulcis: non fa
tigabit̄ transgrediēs usqꝫ ad
finē. Omīs homo qui trans
gredit̄ lectū suū contēpnens
in aīmā suā et dicēs. quis
me videt. tenebre circūdāt me.

et parietes cooperiunt me. et
nemo circumspicit me. quem
vereor. delictorum meorum non me
morabitur altissimus: et non
intelligit quoniam omnia videt
oculus illius. quoniam expellit a
se timorem dei huiusmodi ho
minis timor. et oculi homi
num timentes illum: et non cogno
vit quoniam oculi domini multo
plus lucidiores super solem.
circumspicientes omnes vias ho
minum et profundum abyssi. et
hominum corda intuentes in abs
conditas partes. Domino autem deo
antequam crearentur omnia sunt ag
nita: sic et post perfectum respicit
omnia. Hic in plateis civitatis
vindicabitur: quasi pullus equi
fugabitur: et ubi non sperabit
apprehendetur. Et erit dedecus om
nibus: eo quod non intellexerit ti
morem domini. Sic et mulier om
nis relinquens virum suum: et sta
tuens hereditatem ex alieno ma
trimonio. Primo enim in lege
altissimi incredibilis fuit: et se
cundo virum suum dereliquit. Tercio
in adulterio fornicata est:

et ex alio viro filios statuit
sibi. Hec in ecclesiam adducetur:
et in filios eius respicietur. Non
tradent filii eius radices: et
rami eius non dabunt fructum.
Derelinquet in maledictum
memoriam illius: et dedecus il
lius non delebitur. Et agnoscent
qui derelicti sunt quoniam nichil
melius quam timor dei: et ni
chil dulcius quam respicere in
mandatis domini. Gloria mag
na est sequi dominum: longitudo e
nim dierum assumetur ab eo. Capitulum

XXIIII.

Sapientia lau
dabit animam suam: et
in domino honorabitur:
et in medio populi sui gloriabi
tur. Et in ecclesiis altissimi a
periet os suum: et in conspectu
virtutis illius gloriabitur. Et
in medio populi sui exaltabitur:
et in plenitudine sancta glori
abitur. Et in multitudine electorum
habebit laudem: et inter benedic
tos benedicetur dicens. Ego ex ore
altissimi prodivi: primogenita
ante omnem creaturam. Ego feci
in celis ut oriretur lumen indefi

cieus: et sicut nebula texi om
nē terrā. Ego in altissimis ha
bitaui: et thronus meus in
colūpna nubis. Gyrū celi
circuiui sola: et in pfundū
abyssi penetraui. Et in fluc
tibz maris ābulaui. et in
omni terra steti: et in omni
populo et in omī gente pri
matū habui: et omniū excel
lentiū et humiliū corda virtu
te calcaui. Et in hys omībz
requiē quesiui: et in heredita
te eius morabor. Tunc pce
pit et dixit michi creator o
mniū: et qui creauit me requie
uit in tabernaculo meo: et
dixit michi. In iacob inhabi
ta: et in israel hereditare: et
in electis meis mitte radices.
Ab inicio ante secula creata
sum. et ad futurū seculū nō
desinā: et in habitatione scā
corā ipso ministraui. Et sic in
syon firmata sum. et in ciui
tate sctificata similiter re
quieui: et in ierlm potestas
mea. Et radicaui in poplo
honorificato: et in partes
dei mei hereditas illius: et in
plenitudine sctōr detentio
mea. Quasi cedrus exaltata
sum in libano: et quasi cy
pressus in monte syon. Quasi
palma exaltata sum in ca
des: et quasi plantatio rose
in iherico. Quasi oliua spe
ciosa in campis: et quasi pla
tanus exaltata sum iuxta a
quā in plateis. Sicut cyna
momū et balsamū aroma
tizans: odorē dedi. Quasi mir
ra electa: dedi suauitatē odo
ris. Et quasi storax et galba
nus. et vngula. et gutta. et
quasi libanus non incisus
vaporaui habitationē me
am: et quasi balsamū non
mixtū odor meus. Ego quasi
therebinthus extendi ramos
meos: et rami mei honoris
et gracie. Ego quasi vitis fruc
tificaui suauitatē odoris: et
flores mei fructus honoris et
honestatis. Ego mater pul
chre dilectionis et timoris:
et agnitionis et sancte spei.
In me gracia omnis vie et

veritatis: in me omīs spes
vite et virtutis. Transite ad
me omnes qui cōcupiscitis
me: et a generationibꝫ meis
implemīn. Spiritus enī meus
sup mel dulcis: et hereditas
mea sup mel et fauū. Memo
ria mea in generatione secu
lor. Qui edūt me adhuc e
surient: et qui bibūt me ad
huc sitient. Qui audit me
non cōfundet: et qui operāt
in me non peccabūt. Qui
elucidāt me: vitā eternam
habebūt. Hec omīa liber
vite: et testamentū altissimi:
et agnitio veritatis. Legem
mandauit moyses in pcep
tis iusticiarū: et hereditatē
domui iacob. et israel pmis
sionis. Posuit dauid puero
suo excitare regē ex ipso for
tissimū: in throno honoris
sedentē in sempiternū. Qui
implet quasi phison sapien
tiā: et sicut tigris in diebꝫ
nouorū. Qui adimplet q̄si
eufrates sensū: qui mul
tiplicat quasi iordanis in
tēpore messis. Qui mittit dis
ciplinā sicut lucē: et assistens
quasi gyon in die vindemie.
Qui pficit primus scire ipsā:
et īfirmior non īuestigabit
eam. A mari enī abūdabit co
gitatio eius: et consiliū illius
in abysso magna. Ego sapi
entia effudi flumīa: ego q̄si
trames aque īmense de flu
uio. Ego quasi fluuius dorix:
et sicut aqueductus exiui de
paradiso. Dixi. Rigabo me
um ortū plantationū: et
īebriabo partus mei fructū.
Et ecce factus est michi tra
mes abūdans: et fluuius me
us propīquauit ad mare.
Quoniā doctrinā quasi āte
lucanū illumino omībus:
et enarrabo illā usqꝫ in lon
gīquo. Penetrabo īferiores
partes terre: et īspiciā omēs
dormiētes: et illumīabo omēs
spērātes in dn̄o. Adhuc doc
trinā quasi pphetiā effūdā:
et relinquā illā querētibus
sapientiā: et nō desinā pge
nies illorū usqꝫ in euū sēm.

Videte quoniā nō soli michi
laboraui: sed omnibz exquirē-
tibus veritatē. Capitulum xxv.
In tribz placitū est spiritui
meo: que sunt pbata coram
deo et hominibz. Concordia fra-
trū. et amor proximor: et vir
et mulier sibi cōsentiētes. Tres
species odiuit aīa mea: et
aggrauor valde aīme illorū.
Pauperē supbū: et diuitē
mendacē: et senem fatuū et
īsensatū. In iuuētute tua nō
cōgregasti: et quomō īuenies
in senectute tua? Qm̄ specio-
sum canicie iudiciū: et pbi-
teris cognoscere cōsiliū. Qm̄
speciosa veteranis sapiētia: et
gloriosis ītellectus et cōsiliū.
Corona senū multa peritia:
et gloria illor timor dei. No-
uē īsuspicabilia cordis mag-
nificaui: et decimū dicā in
lingua hominibz. Homo qui
iocundatur in filijs. viuēs: et
videns sbuersionē īimicorū.
Beatus qui habitat cū mu-
liere sensata: et qui lingua
sua nō est lapsus: et qui nō
seruiuit idignis se. Beatus
qui īuenit amicū verū: et q
enarrat iustitiā auri audiē-
ti. Qm̄ magnus qui īuenit
sapientiā et scientiā: sed nō
est sup timētē dnm̄. Timor
dei. sup omnia supposuit. Be-
atus cui donatū est habere ti-
morē dei. Qui tenet illū. cui
assimilabitur? Timor dei ini-
tiū dilectionis eius: fidei aūt
īiciū agglutinandū est ei. Om-
nis plaga tristitia cordis est:
et omnis malicia nequicia mu-
lieris. Et omnē plagā et non
plagā videbit cordis. et omē
nequiciā et nō nequiciam
mulieris: et omnē obductū
et nō obductū odientiū: et
omnē vindictā et non vin-
dictā īimicor. Non ē caput
nequius sup caput colubri:
et non est ira sup irā mulieris.
Cōmorari leoni et dracōni
placebit: qm̄ habitare cum
muliere nequā. Nequicia mu-
lieris īmutat faciē eius: et
obcecauit vultū suū tamqm̄
ursus. et quasi saccū ostendit

in medio proximor eius: et
audiens suspirabit modicū.
Brevis om̄is malicia super
maliciā mulieris: sors pecca
torū cadat sup illā. Ascensus
harenosus in pedibz vetera
ni: sic mulier linguata ho
mini quieto. Ne respicias
mulieris speciē: et nō concupis
cas mulierē in specie. Mulie
ris ira et irreuerētia et confu
sio magna. Mulier si prima
tū habeat: cōtraria est viro
suo. Cor humile. et facies tris
tis. et plaga mortis: mulier
neqm̄. Manus debiles. et ge
nua dissoluta: mulier que
non beatificat virū suū. A
muliere iniciū factū est pec
cati: et per illā omnes mori
mur. Non des aque tue exi
tū nec modicū: nec mulieri
neqm̄ veniam prodeundi.
Si non ambulauerit ad
manū tuam: cōfundet te
in conspectu inimicorum.
A carnibus tuis abscide
illam: ne semper te abu
tatur. Capitulum xxvi.

Mulieris bone beat⁹
vir: numerus enī
annorū illorū du
plex. Mulier fortis oblectat
virū suū: et ānos vite illius
in pace implebit. Pars bo
na: mulier bona. In parte bo
na timentiū deū: dabit̄ viro
pro factis bonis. Divitis
aūt et pauperis cor bonū: in
omī tēpore vultus illorū
hylaris. A tribz timuit cor
meū: et in quarto facies me
a metuit. Delaturā civita
tis: et collectionē populi: et
calūpniā mendacē. Super
mortē. om̄ia gravia. Dolor
cordis et luctus: mulier zelo
tipa. In muliere zelotipa:
flagellū lingue om̄ibz cōmu
nicās. Sicut boum iugum
quod movet̄: ita et mulier
neqm̄. Qui tenet illā: quasi
qui apprehendat scorpionē.
Mulier ebriosa ira magna
et cōtumelia: et turpitudo il
lius nō cōteget̄. Fornicatio
mulieris in extollentia ocu
lor: et in palpebris illius

agnoscet. In filia nō avertē
te se firma custodiā: ne īventa
occasione abutatur se. Ab omi
irreverētia oculis cave: et ne
mireris si te neglexerit. Sicut
viator sitiens ad fontem os
aperiet. et ab omī aq̄ proxi
ma bibet: et cōtra omnem
palū sedebit: et cōtra omnē
sagittā aperiet pharetram
donec deficiat. Gracia mulie
ris sedule delectabit virum
suū: et ossa illius impingua
bit. Disciplīa illius: datus
dei. Mulier sensata et tacita:
non est immutatio erudite a
nime. Gracia sup graciā:
mulier sancta et pudorata.
Omīs aut pōderatio: non
est digna continētis aīme.
Sicut sol oriens mūdo in
altissimis dei: sic mulieris
bone species in ornamentū
domus eius. Lucerna splen
dens sup candelabrū sc̄tū:
et species faciei sup etatem
stabilē. Columpne auree su
per bases argēteas: et pedes
firmi sup plantas stabilis
mulieris. Fundamēta eterna
sup petrā solidā: et mādata
dei in corde mulieris sancte.
In duob3 cōtristatū est cor
meū: et in tercio iracundia
michi advenit. Vir bellator
deficiēs per inopiā: et vir sen
satus conteptus: et qui trans
greditur a iusticia ad peccatū.
deus paravit eū ad rumpheā.
Due species difficiles et peri
culose. michi apparuerunt.
Difficile exuitur negocians
a negligentia: et nō iustifica
bitur caupo a pc̄tis labiorū.

Ca. xxvii.

Propter
inopiā multi deliq̄
runt: et qui querit
locupletari avertit oculum
suū. Sicut in medio cōpaginis
lapidū palus figatur: sic et
inter mediū venditionis et
emptionis āgustiabitur pecca
tis. Conteretur cū delinquente
delictū. Si non in timore do
mini tenueris te instanter: cito
subvertetur domus tua. Sicut in
percussura cribri remanebit
pulvis: sic aporia hominis

in cogitatu illius. Vasa figu
li probat fornax: et homĩes
iustos tẽptatio tribulatiõis.
Sicut rusticatio de ligno ostẽ
dit fructũ illius: sic verbũ ex
cogitatu cordis hoĩs. Ante
sermonẽ non collaudes virũ:
hec enĩ tẽptatio est hominũ.
Si sequeris iusticiã apprehẽ
des illã: et indues quasi podere
honoris: et inhabitabis cũ
ea et proteget te in sempiter
nũ: et in die agnitionis inue
nies firmamentũ. Volati
lia ad sibi similia cõueniũt:
et veritas ad eos qui opant
illã reuertet. Leo venationi
insidiat semp: sic peccata o
perãtibz iniquitatẽ. Homo
sanctus in sapiẽtia manet
sicut sol: nam stultus sicut
luna imutat. In medio sen
satorũ serua verbũ tẽpori:
in medio aũt cogitantium
assiduus esto. Narratio pec
cantiũ odiosa: et risus illoꝝ
in delictis peccati. Loquela
multũ iurãs horripilationẽ
capiti statuet: et irreuerẽtia

ipsius obturatio auriũ. Ef
fusio sanguinis in rixa sup
boꝝ: et maledictio illoꝝ au
ditus grauis. Qui denudat
archana amici perdit fidem:
et non inueniet amicũ ad aĩ
mũ suũ. Dilige proximũ:
et coniũgere fide cum illo.
Quod si denudaueris abscõsa
illius: non psequeris post
eum. Sicut enĩ homo qui
perdit amicũ suũ: sic qui
perdit amiciciã proximi
sui. Et sicut qui dimittit
auem de manu sua: sic re
liquisti proximũ tuũ: et nõ eũ
capies. Non illũ sequeris:
quoniã longe abest. Effugit
enim quasi caprea de laqo:
quoniã vulnerata est aĩma
eius. Vltra eum nõ poteris
colligare: et maledicti est
concordatio. Denudare aũt
amici misteria: desperatio ẽ
aĩme infelicis. Annuens ocu
lo fabricat iniqua: et nemo
eum abiciet. In conspectu o
culorũ tuorũ condulcabit
os tuũ: et sup sermones

tuos admirabit. Nouissime
aut puertet os suu: et i ubis
tuis dabit scandalu. Multa
audiui. et non coequaui ei:
et dns odiet illa. Qui in al
tu mittit lapide. sup caput
eius cadet: et plaga dolosa.
dolosi diuidet uulnera. Et q
fouea fodit in illa decidet: et
qui statuit lapide proximo.
offendet in eo. Qui laqueu
alio ponit: peribit in illo.
Facienti nequissimu cosiliu.
sup ipm deuoluet: et no ag
noscet unde adueniet illi. Illu
sio et improperiu supborum.
et uindicta: sicut leo isidiabi
tur illi. Laqueo peribut qui
oblectant casu iustor: dolor
aut consumet illos anteqm
moriant. Ira et furor utraqz
execrabilia: et uir peccator
continens erit illor. Ca xxviij

Qui uindicari uult:
a deo inueniet uindic
tam: et peccata illius
seruans seruabit. Relinq
proximo tuo nocenti te: et tuc
depcanti tibi pcca soluent ur.

Homo homini reseruat ira: et
a deo querit medela. In hominem
simile sibi no habet misericor
dia: et de pccis suis depcatur.
Ipse dum caro sit reseruat ira:
et ppiciatione petit a deo. Quis
exorabit pro delictis illius.
Memento nouissimor: et desi
ne inimicari. Tabitudo eni et
mors: iminet in mandatis.
Memorare timore dei: et non
irascaris proximo. Memorare
testamenti altissimi: et despice
ignorantia pximi. Abstine te
a lite: et minues pcca. Homo
eni iracudus icendit litem: et
uir peccator turbabit amicos:
et in medio pace habentium
imittet inimicicia. Secundu
eni ligna silue sic ignis exar
descit: et secundu uirtutem
hominis sic iracudia illius erit:
et secundu substantia sua ex
altabit ira sua. Certamen
festinatu icendet igne: et lis
festinans effundet sanguine:
et lingua testificans adducet
morte. Si sufflaueris quasi
ignis exardebit: et si expueris

rīs sup illā extinguetur: utrūq;
ex ore proficiscuntur. Susur-
ro et bilinguis maledictus:
multos enī turbabit pacē
habentes. Lingua tertia mul-
tos cōmouit: et dispersit il-
los a gente in gentē. Ciui-
tates muratas diuitum
destruxit: et domus magna-
torū effodit. Uirtutes popu-
lorū concidit: et gentes for-
tes dissoluit. Lingua tertia
mulieres uiratas deiecit: et
priuauit illas de laboribz
suis. Qui respicit illā non
habebit requiē: nec habebit
amicū in quo requiescat.
Flagelli plaga liuorē facit:
plaga autē lingue cōminu-
et ossa. Multi ceciderūt in
ore gladii: sed non sic q̄si
qui interierūt per linguam
suā. Beatus qui tectus est
a lingua neq̄m: qui in ira-
cundia illius non trāsiuit:
et qui non attraxit iugū
illius: et in uinculis illius nō
est ligatus. Iugū enī illius
iugū ferreū est: et uinculū
illius uinculū ereū est. Mors
illius mors nequissima: et
utilis potius īferus q̄ illa.
Pseuerātia illius nō pma-
nebit: sed obtinebit uias
iniustorū: et in flāma sua
non comburet iustos. Qui
relinquūt deū īcident ī illā:
et exardebit illis et nō extin-
guetur. Et immittetur in illos q̄si
leo: et quasi pardus ledet
illos. Sepi aures tuas spi-
nis. et noli audire linguā
neq̄m: et ori tuo facito osti-
a. et seras auribz tuis. Aurū
tuū et argentū tuū cōfla:
et uerbis tuis facito staterā.
et frenos ori tuo rectos. Et
attende ne forte labaris in
lingua: et cadas in cōspectu
inimicorū īsidiantiū tibi: et
sit casus tuus īsanabilis ī
mortē. Cam xxix.
Qui facit misericor-
diā feneratur proxi-
mo suo: et qui preualet ma-
nu mandata seruat. Fene-
rare proximo tibi ī tēpore
necessitatis illius: et iterū

redde proximo in tēpore suo.
Confirma verbū et fideliter
age cum illo: et in omni
tēpore inuenies quod tibi ne
cessariū est. Multi quasi in
uentionē estimauerūt fen9:
et prestiterūt molestiā hijs
qui se adiuuauerūt. Donec
accipiant osculātur man9
dantis: et in ꝓmissionibz
humiliant vocē suā. Et in tē
pore redditionis postulabit
tēpus: et loqtur verba tedij
et murmurationū: et tem
pus causabitur. Si aūt po
tuerit reddere: aduersatur.
Solidi vix reddet dimidiū:
et cōputabit illud quasi ī
uentionē. Sin autē, frauda
bit illū pecunia sua: et pos
sidebit illū īimicū gratis.
Et cōuicia et maledicta red
det illi: et pro honore et be
neficio reddet illi cōtumeliā.
Multi non causa nequicie
non fenerati sunt: sed frau
dari gratis timuerūt. Ve
rūptamē sup humilē aīo
fortior esto: et pro elemosi
na non trahas illū. Prop
ter mandatū assume pau
perē: et ꝓpter īopiā eius ne
dimittas eum vacuū. Per
pecuniā propter fratrē et a
micū: et non abscondas il
lā sub lapide in ꝑditionē.
Pone thesaurū tuū in pre
ceptis altissimi: et ꝓderit ti
bi magis q̄ aurū. Cōclude
elemosinā in sinu pauperis:
et hec pro te exorabit ab omī
malo. Elemosina viri quasi
sacculus cum ipso: et gratiā
hoīs quasi pupillā cōserua
bit: et postea resurget et retri
buet illis retributionē vnicui
qz in caput illorum. Sup scutū
potentis et sup lanceā: aduer9
īimicū tuū pugnabit. Vir
bonus fidem facit proximo
suo: et qui ꝑdiderit cōfusionē
derelinquet sibi. Gratiā fideius
soris ne obliuiscaris: dedit eīi
pro te animā suā. Repromis
sorē fugit peccator et īmūdus.
Bona repromissoris sibi ascri
bit peccator: et ingratus sensu
derelinquet liberantē se. Vir re

promittit de proximo suo: et
cum perdiderit reverentiam relin
quetur ab eo. Repromissio ne
quissima multos perdidit diri
gentes: et commovit illos quasi
fluctus maris. Viros potentes
gyrans migrare fecit: et va
gati sunt in gentibus alienis. Pec
cator transgrediens mandata
domini incidet in promissionem nequam:
et qui conatur multa agere
incidet in iudicium. Recupera
proximum secundum virtutem
tuam: et attende tibi ne incidas.
Initium vite hominis aqua et panis
et vestimentum: et domus protegens
turpitudinem. Melior est victus
pauperis sub tegmine asserum:
quam epule splendide in peregre
sine domicilio. Minimum pro
maximo placeat tibi: et im
properium peregrinationis non
audies. Vita nequam hospitandi
de domo in domo: et ubi hos
pitabitur non fiducialiter aget
nec aperiet os. Hospitabit et
pascet et potabit ingratos:
et ad hec amara audiet. Transi
hospes et orna mensam: et que
in manu habes ciba ceteros.
Exi a facie honoris amicorum
meorum: necessitudine domus
mee hospicio michi factus
es frater. Gravia hec homini
habenti sensum: correptio do
mus et improperium fenera
toris. Capitulum xxx.

Qui diligit filium suum
assiduat illi fla
gella: ut letetur in novissimo
suo. et non palpet proximorum
ostia. Qui docet filium suum lau
dabitur in illo: et in medio do
mesticorum in illo gloriabitur.
Qui docet filium suum in zelum
mittit inimicum: et in medio
amicorum gloriabitur in illo.
Mortuus est pater illius. et
quasi non est mortuus: si
milem enim reliquit sibi post se.
In vita sua vidit et letatus
est in illo: in obitu suo non
est contristatus: nec confusus
est coram inimicis. Reliquit
enim defensorem domus contra
inimicos: et amicis reddentem
gratiam. Pro animabus filiorum
colligabit vulnera sua: et

sup omnē vocē turbabunt᷑
viscera eius. Equus īdomit᷒
euadit durus: et filius remis
sus euadet pceps. Lacta filiū
et pauentē te faciet: lude cū
eo et cōtristabit te. Nō cōri
deas illi nec doleas: et in no
uissimo obstupescēt dentes
tui. Non des illi potestatē
in iuuētute: et ne despicias
cogitatus illius. Curua cer
uicē eius in iuuētute: et tū
de latera illius dū infans
est: ne forte īduret et nō cre
dat tibi. et erit tibi dolor ani
me. Doce filiū tuū et opare
in illū: ne in turpitudinē
illius offendas. Melior est
paup sanus et fortis viribȝ:
q̄m diues imbecillis et flagel
latus malicia. Salus ani
me in sctitate iusticie: et
melior omī auro et argēto:
et corpus validū q̄ census
īmensus. Non est census su
per censum salutis corporis:
et non est oblectatio super
cordis gaudiū. Melior est
mors q̄m vita amara: et re
quies eterna q̄m languor p
seuerās. Bona abscondita
in ore clauso: quasi apposi
ciones epularū circūposite se
pulchro. Quid pderit libatio
ydolo? Nec eñ manducabit:
nec odorabit᷑. Sic qui effugat᷑
a domino et portans merce
des iniq̄tatis. videns oculis
et īgemiscēs: sic spado cōplec
tens virginē et suspirās. Tri
sticiā non des anime tue: et
non affligas temetipm in
consilio tuo. Iocūditas cordis
hec est vita hominis: et thesau
rus sine defectione sctitatis:
et exultatio viri est lōgeui
tas. Miserere aīme tue pla
cens deo: et cōtine et cōgrega
cor tuū in sctitate eius: et
tristiciā longe repelle a te.
Multos eñ occidit tristicia:
et non est utilitas in illa.
Zelus et iracundia minuēt
dies: et ante tēpus senectam
adducet cogitatus. Splen
didū cor bonū in epulis:
epule eñ illius diligenter
fiunt. Capitulum xxxi.

Vigilia honestatis
tabefaciet carnes:
et cogitatus illius
auferet somnū. Cogitatus
p̄scientie auertit sensū: et in
firmitas grauis sobriā facit
aīmā. Laborauit diues in
congregatione substantie:
et in requie sua replebitur
bonis suis. Laborauit paup
in diminutione victus: et ī
fine inops fit. Qui aurū dili
git non iustificabit: et qui
insequit cōsūptionē replebit
ex ea. Multi dati sunt ī auri
casus: et facta ē ī specie ip̄s
p̄ditio illorū. Lignū offensio
nis est aurū sacrificantiū.
Ve illis qui sectant illud: et
omnis ip̄rudens deperiet in
illo. Beatus diues qui īuē
tus est sine macula: et qui
post aurū non abijt: nec
sperauit in pecunia et the
sauris. Quis est hic et lau
dabimus eum? Fecit enim
mirabilia in vita sua. Qs
probatus est in illo et p̄fec
tus est. et erit illi in gloria
eterna? Qui potuit trans
gredi et non est transgressus:
et facere mala et nō fecit. Ideo
stabilita sunt bona illius
in dn̄o: et elēosinas illius
enarrabit ecclesia sanctorū.
Supra mensam magnam
sedisti: non aperias super
illā faucē tuā prior. Nō di
cas sic multa sūt. que super
illā sunt. Memento quoniā
malus oculus nequā. Neq̄
us oculo quid creatū est? Ideo
ab omī facie sua lacrimabit
cum viderit. Ne extendas ma
nū tuā prior: et inuidia con
taminatus erubescas. Ne
cōprimaris in cōuiuio: ītel
lige que sunt proximi tui
ex teipso. Vtere quasi homo
frugi hijs que tibi apponū
tur: et non cum māducas
multū. odio habearis. Ces
sa prior causa discipline:
et noli nimius esse. ne for
te offendas. Et si in medio
multorū sedisti: prior illis
non extendas manū tuā:
nec prior poscas bibē. Qm̄

sufficiēs est homi erudito vi
nū exiguū. Et in dormiendo
nō laborabis ab illo: et nō
senties dolorē. Vigilia et co
lera et tortura viro ĩfrunito.
Sompnus sanitatis in ho
mine parco. Dormiet usq
in mane: et aĩa illius cū
ipso delectabit. Et si coactus
fueris in edendo multum:
surge e medio et vome. et
refrigerabit te: et nō addu
ces corpori tuo ĩfirmitatē.
Audi me fili et ne spernas
me: et in novissimo ĩveniēs
mea verba. In omībz ope
ribz tuis esto velox: et omīs
ĩfirmitas nō occurret tibi.
Splendidū in panibz bndi
cent labia multoꝝ: et testīo
niū veritatis illius fidele.
In nequissimo pane murmu
rabit civitas: et testioniū
nequicie illius verum est.
Diligētes in vino noli p
vocare: multos eni exter
minavit vinū. Ignis p
bat ferrū durū: sic vinū
corda supboꝝ arguet in

ebrietate potatū. Equa vi
ta hominibz: vinū in sobrie
tate. Si bibas illud mode
rate eris sobrius. Que est
vita que minuit vino? Qd
defraudat vitā? Mors. Vinū
in iocūditate creatū est: nō
in ebrietate ab inicio. Exul
tatio aīme et cordis: vinū
moderate potatū. Sanitas ē
corpori et aīme sobrius pot.
Vinū multū potatū: irritati
onē et irā et ruinas multas
facit. Amaritudo anime: vi
nū multū potatū. Ebrietatis
aīmositas iprudētis offensio:
minorans virtutē. et faciens
vulnera. In convivio vini nō
arguas proximū: et nō despi
cias eū in iocūditate illius.
Verba improperij nō dicas
illi: et non pmas illū in re
petendo. Ca xxxij.

Rectorem te posue
runt noli extolli: es
to in illis quasi unus ex ipsis.
Curā illoꝝ habe et sic consi
dera: et omī cura tua explicata
recumbe. ut leteris ppter illos.

et ornamentū gracie accipias
coronā: et dignationē conse
quaris corrogationis. Loq̄re
maior natu. decet eni͞ te pri
mū verbū diligenti sciencia:
et non impedias musicam.
Ubi auditus nō est nō effun
das sermonē: et importune
noli extolli in sapientia. Ge
mula carbūculi in ornamto
auri: et cōparatio musicorū
in conuiuio vini. Sicut in fa
bricatione auri signū ē sma
ragdi: sic numerus musicor
in iocundo et moderato vino.
Audi tacens: et pro reuerētia
accedet tibi bona gracia. Ado
lescens loq̄re in causa tua vix.
Si bis interrogatus fueris: ha
beat caput responsū tuum.
In multis esto quasi inscius:
et audi tacens simul et q̄rēs.
In medio magnator non
presumas: et ubi sunt se
nes non multū loquaris.
Ante grandinē preibit cho
ruscatio: et ante verecūdiā
p̄ibit gracia: et pro reuerētia
accedet t̄ bona grā. Et hora
surgendi non te tricces. Pr̄cur
re autē prior in domū tuā:
et illic auocare et illic lude.
et age cōceptiones tuas: et nō
in delictis et verbo supbo. Su
per hijs omnibz bn̄dicito dn̄m
qui fecit te: et inebriantē te ab
omnibz bonis suis. Qui timet
deū excipiet doctrinā eius: et
qui vigilauerit ad illū inue
nient benedictionē. Qui q̄rit
legem replebit ab ea: et qui
īsidiose agit scandalizabitur
in ea. Qui timent deū īuenient
iudiciū iustū: et iusticias q̄si
lumen accendent. Peccator ho
mo vitabit correptionē: et
secundū voluntatē suā inueniet
et cōparationē. Vir consilij
non disperdet intelligentiā. Alie
nus et supbus nō pertimescet ti
morē. etiā postq̄ fecit cum eo
sine consilio: et suis īsectatio
nibz arguetur. Fili sine cōsilio
nichil facias: et post factum
non penitebis. In via ruine
ne eas: et non offendas ī la
pides: ne credas te vie labori
ose: ne ponas aīme tue scan

dalū. Et a filijs tuis caue: et
a domesticis tuis attende. In
omī opere crede ex fide aīme
tue: hec est eī conseruatio
mandatoꝝ. Qui credit deo
attendit mandatis: et qui cō
fidit in illo nō minorabitur.
Timēti Capl' xxxiij.
deū nō occurrent
mala: sed in tēp-
tatione deus illū conseruat
et liberabit a malis. Sapi-
ens non odit mandata et
iusticias: et nō illidetur quasi
in procella nauis. Homo sen-
satus credit legi dei: et lex illi
fidelis. Qui īterrogationē ma
manifestat parabit verbū:
et sic deprecatus exaudietur. et cō
seruabit disciplinā: et tunc re
spondebit. Precordia fatui
quasi rota carri: et quasi axis
versatilis cogitatus illius.
Equus emissarius sicut ami-
cus ~~amicus~~ subsannator: sub
omī supra sedente hinnit.
Quare dies diem superat:
et iterū lux lucē et annus an
nū a sole? A dnī sciencia se-

parati sunt. facto sole et preceptū
custodiēte. et īmutabit tēpora
et dies festos ipsoꝝ: et in illis
dies festos celebrauerūt ad ho
ram. Ex ipsis exaltauit et mag-
nificauit deus: et ex ipsis po
suit ī numerū dierū: et hoīes
omnes de solo et ex terra vnde
creatus est adam. In multitu
dine discipline dnī separauit
eos: et īmutauit vias eorū.
Ex ipsis benedixit et exaltauit:
et ex hijs sanctificauit. et ad se ap
plicauit. Ex ipsis maledixit
et humiliauit. et cōuertit illos
ad separationē ipsoꝝ. Quasi
lutū figuli in manu ipsius
plasmare illud et disponere.
omēs vie eius secundū dispo
sitionē eius. Sic homo in
manu illius qui se fecit: red
det illi secundū iudiciū suū.
Contra malū bonū est. et
contra morte vita: sic et
contra virū iustū peccator.
Et sic ītuere in omīa opera
altissimi. Duo contra duo:
vnū contra vnū. Et ego no
uissimus vigilaui: et quasi q

colligit acinos post vindemia
tores. In bndictione dei et ipse
speraui: et quasi qui vindemi
at repleui torcular. Respicite
quoniā non michi soli labo
raui: sed omībz exquirētibus
disciplinā. Audite me mag
nati: et omnes ppli et rectores
ecclesie auribz pcipite. Filio et
mulieri. fratri et amico. nō
des potestatē sup te in vita
tua: et non dederis alijs pos
sessionē tuā: ne forte peniteat
te. et depceris pro illis. Dum
adhuc superes et aspiras:
non immutabit te omīs caro.
Melius est enī ut filij tui te
rogent: quā te respicere ī ma
nus filior tuor. In omībz
opibz tuis pcellens esto: ne
dederis maculā in gloriam
tuā. In die cōsūmationis
dierū vite tue. et in tēpore
exitus tui: distribue heredi
tatē tuā. Cibaria et virga
et onus asino: panis et dis
ciplina et opus seruo. Ope
ratur in disciplīa: et querit
requiescere. Laxa manus illi:
et qrit libertatē. Iugū et lorū
curuāt collū durū: et seruū
iclināt opationes assidue.
Seruo maliuolo: tortura
et compedes. Mitte illū in o
peratione ne vacet: multā
enī maliciā docuit ociositas.
In opera cōstitue eū: sic enī
condecet illū. Qđ si nō obau
dierit. curua illū compedibz:
et non amplifices sup omnē
carnē. Verū sine iudicio nichil
facias graue. Si est tibi seruꝰ
bonus: sit tibi quasi aīma
tua. Quasi fratrē sic eū trac
ta: qīn in sanguine aīme
cōparasti eum. Si leseris il
lū iniuste: in fugā cōuertet.
Et si extollens discesserit: que
qris. et in qua via qras illū
nescis. Capitulū xxxiiij.

Vana spes et men
daciū isensato vi
ro: et sōpnia extol
lūt imprudentes. Quasi qui
apprehendit vmbrā et psequit
ventū: sic et qui attendit ad
visa mendacia. Secūdū hoc
visio sōpniorū. Ante faciem

hominis: similitudo alterius
hominis. Ab inmundo quid mun-
dabitur? et a mendace quid
verum dicetur? Divinatio er-
roris. et auguria mendacia.
et somnia male facientium:
vanitas est. Et sicut parturi-
entis. cor tuum fantasias pa-
titur: nisi ab altissimo fuerit
emissa visitatio. Ne dederis in
illis cor tuum: multos enim
errare fecerunt somnia: et exci-
derunt sperantes in illis. Sine
mendacio consummabitur ver-
bum: et sapientia in ore fidelis
complanabitur. Qui non temp-
tatus est quid scit? Vir in
multis expertus cogitabit
multa: et qui multa didicit
enarrabit intellectum. Qui non
est expertus pauca recognos-
cit: qui autem in multis factus
est: multiplicabit maliciam.
Qui temptatus non est qualia
scit? Et qui implanatus est:
abundabit nequicia. Multa
vidi enarrando: et plurimas
verborum consuetudines. Aliquo-
tiens usque ad mortem periclita-
tus sum horum causa: et libe-
ratus sum gracia dei. Spiri-
tus timentium deum queritur:
et in respectu illius benedicetur.
Spes enim illorum in salvantem
illos: et oculi dei in diligen-
tes se. Qui timet dominum nichil
trepidabit: et non pavebit:
quoniam ipse est spes eius. Timen-
tis dominum: beata est anima. Ad
quem respicit? et quis est
fortitudo eius? Oculi domini
super timentes eum. Protector
potentie. firmamentum vir-
tutis. tegimen ardoris. et
umbraculum meridiani: depre-
catio offensionis et adiutori-
um casus. exaltans animam et illu-
minans oculos: dans sanita-
tem et vitam et benedictionem. Im-
molans ex iniquo. oblatio
est maculata: et non sunt be-
neplacite subsannationes in-
iustorum. Dominus solus sustinen-
tibus se: in via veritatis et iusti-
cie. Dona iniquorum non probat
altissimus: nec respicit in
oblationibus iniquorum: nec in
multitudine sacrificiorum eorum

ppiciabit̃ peccatis. Qui offert
sacrificiū ex substantia pau
perū: quasi qui victimat fi
liū in conspectu patris sui.
Panis egentiū vita paupe
rus est: qui defraudat illū ho
mo sanguinis est. Qui aufert
in sudore panē: quasi qui
occidit proximū suū. Qui
effundit sanguinē et q̄ frau
dem facit mercenario: frēs
sunt. Unus edificās et unus
destruens: quid prodest illis
nisi labor? Unus orans et
unus maledicens: cuius
vocē exaudiet deus? Qui
baptizat̃ a mortuo et iterū
tāgit eū: quid pficit laua
tio illius? Sic homo qui
ieiunat in pctīs suis. et iterū
eadem faciens: quid pficit
humiliando se? Orationē
illius quis exaudiet? Capl'
Qui conseruat xxxv.
uerbū: multiplicat
oronē. Sacrificiū
salutare attendere mādatis.
et discedere ab omni iniquita
te: et ppiciationē litare sac

rificiis sup iniusticias: et depca
tio pro pctīs recedere ab iniusti
cia. Retribuet gratiā qui of
fert similaginē: et qui facit
misericordiā offert sacrificiū.
Beneplacitū est dnō recedere
ab iniquitate. Non appare
bis ante conspectū dei vacu
us. Hec enī omnia: propter
mandatū dei fiunt. Oblatio
iusti ipinguat altare: et odor
suauitatis est in conspectu
altissimi. Sacrificiū iusti
acceptū est: et memoriā eius
nō obliuiscet̃ dns. Bono a
nimo gloriā redde deo: et nō
minuas primicias manuū
tuarū. In omī dato hilarem
fac vultū tuū: et in exultati
one sctīfica decimas tuas.
Da altissimo scdm datum
eius: et in bono oculo adi
uentionē facito manuū tu
arū: quoniā dns retribuens
est. et septies tanto reddet ti
bi. Noli offerre munera p̄
ua: nō enī suscipiet illa. Et
noli ispicere sacrificiū iniustū:
qm dns iudex est: et nō est

apud illu glia psone. Non
accipiet dns psona in pau
perem: et pcatione lesi exau
diet. Non despiciet pces pu
pilli: nec vidua si effundat
loquela gemitus. Nonne la
crime vidue ad maxillam
descendunt: et exclamatio eius
sup deducente eas? A maxil
la enim ascendunt usque ad celu:
et dns exauditor non delecta
bitur in illis. Qui adorat
deu in oblectatione suscipie
tur: et pcatio illius usque ad
nubes ppinquabit. Oratio
humiliantis se nubes pene
trabit: et donec propinquet
non consolabitur: et non disce
det donec aspiciat altissimus.
Et dns non elongabit. sed
iudicabit iustos: et faciet
iudiciu. Et fortissimus non
habebit in illis patientia:
ut contribulet dorsu ipsoru.
Et gentibus reddet vindicta:
donec tollat plenitudine
supborum. et sceptra iniquorum
contribulet. Donec reddat
hominibus secundu actus suos:

et secundu opera ade. et secun
du psumptione illius. Donec
iudicet iudiciu plebis sue: et
oblectabit iustos misericor
dia sua. Ca xxxvi.
Speciosa misericor
dia dei in tempore tri
bulationis: quasi nubes
pluvie in tempore siccitatis.
Miserere nostri deus omnium.
et respice nos: et ostende nobis
lucem miserationum tuarum. Et
immitte timore tuu sup gentes.
que non exquisierunt te: et cog
noscant quia non est deus nisi
tu. ut enarrent magnalia tua.
Alleva manu tua sup gentes
alienas: ut videant potentiam
tua. Sicut enim in conspectu
eorum sanctificatus es in nobis:
sic in conspectu nostro mag
nificaberis in illis: ut cogno
scant te sicut et nos agnovi
mus. quoniam non est deus preter
te dne. Innova signa: et im
muta mirabilia. Glorifica
manu: et brachiu dextrum.
Excita furore: et effunde ira.
Extolle adversariu: et affige

inimicū. Festina tēpus. et me
mento finis: ut enarrēt mira
bilia tua. In ira flāme deuo
retᵣ qui saluatᵣ: et qui pessimāt
plebem tuā inueniēt pditio
nē. Contere caput principū et
inimicorū dicentiū: nō est ali⁹
pter nos. Congrega omnes
eos etiam sathan. Cui dixit
dominus. Unde venis? Qui re
spondens ait. Circuivi terram:
et perambulavi eam. Dixit
que dominus ad eum. Numquid con
siderasti servum meum iob quod
non sit similis ei in terra: ho
mo simplex et rectus. et ti
mens deum ac recedens a malo?
Cui respondens sathan ait.
Numquid frustra timet iob de
um? Nonne tu vallasti eum
ac domum eius: universamque
substantiam per circuitum? O
peribus manuum eius benedi
xisti: et possessio eius crevit
in terra. Sed extende paulu
lum manum tuam et tange cuncta
que possidet: nisi in facie
tua benedixerit tibi. Dixit er

go dn̄s ad sathan. Ecce
uniu̅sa que habet in ma
nu tua sunt: tantu̅ in eu̅
ne extendas manu̅ tuam.
Egressus qz est sathan a
facie dn̄i. Cum aut̄ qua
da̅ die filij et filie eius co
mederent et biberent uinu̅ i
domo fratris sui p̄mogeniti:
nuncius uenit ad iob qui
dixit. Boues arabant et a
sine pascebant iuxta eos:
et irruerunt sabei tuleruntqz
omnia. et pueros percusserunt
gladio: et euasi ego solus
ut nu̅ciarem tibi. Cumqz adhuc
ille loqueretur: uenit alter et
dixit. Ignis dei descendit e
celo: et tactas oues pue
ros qz consu̅psit: et effugi
ego solus ut nu̅ciarem tibi.
Sed et adhuc illo loquen
te: uenit alius et dixit.
Chaldei fecerunt tres turmas.
et inuaserunt camelos et tu
lerunt eos: necnon et pueros
percusserunt gladio: et effugi
ego solus ut nu̅ciarem tibi.
Adhuc loquebatur ille: et ec
ce alius intrauit et dixit.
Filijs tuis et filiabus uescen
tibus et bibentibus uinu̅ in
domo fratris sui primoge
niti: repente uentus uehemens
irruit a regione deserti. et
concussit quatuor angulos
domus. Que corruens op
pressit liberos tuos et mor
tui sunt: et effugi ego solus
ut nu̅ciarem tibi. Tunc sur
rexit iob et scidit tunicam
sua̅: et tonso capite corru
ens in terra̅ adorauit et dix
it. Nudus egressus sum de
utero matris mee: et nudus
reuertar illuc. Dn̄s dedit dn̄s
abstulit: sicut dn̄o placu
it ita factu̅ est: sit nomen
dn̄i benedictu̅. In omnibus
hijs no̅ peccauit iob: neqz
stultu̅ quid contra deu̅ locu
tus est. Capitulum ij.
Factu̅ est aut̄ cum
quada̅ die uenis
sent filij dei et starent cora̅
dn̄o: uenisset quoqz sathan
inter eos et staret i̅ co̅spectu
eius: ut diceret dn̄s ad sathan.

Vnde venis? Qui respōdēs
ait. Circuiui terrā: et pam
bulaui eam. Et dixit dn̄s
ad sathan. Numqd cōsiderasti
ti seruū meū iob qđ nō sit si
milis ei in terra: vir simplex
et rectus. et timens deū ac re
cedens a malo. et adhuc re
tinēs innocētiā? Tu autē cō
mouisti me aduersus eū: ut
affligerē illū frustra. Cui respō
dens sathan ait. Pellē pro
pelle: et cuncta que habet da
bit homo pro aīa sua. Ali
oquin mitte manū tuā et
tange os eius et carnē: et
tunc videbis qđ in facie bn̄
dixerit tibi. Dixit ergo dn̄s
ad sathan. Ecce in manu
tua est: verumptamen aīaz
illius serua. Egressus igit
sathan a facie dn̄i: percussit
iob vulnere pessimo. a plan
ta pedis usqz ad verticē eius.
Qui testa saniē deradebat:
sedens in sterquilinio. Dix
it autē illi uxor sua. Adhuc
tu pmanes in simplicitate
tua? Benedic deo et morere.

Cui ait ad illā. Quasi v
na de stultis mulieribz lo
cuta es. Si bona suscepi
mus de manu dn̄i: quare
mala nō suscipiamus? In
omībz hys nō peccauit iob
labys suis. Igitur audientes
tres amici iob omne malū
quod accidisset ei. venerūt
singuli de loco suo: eliphaz
themanites. et baldad su
ites. et sophar naamatites.
Condixerāt enī ut pariter
venientes visitarent eū: et cō
solarentur. Cumqz eleuassent
procul oculos suos: non
cognouerūt eum. Et excla
mantes plorauerūt: scis
sisqz vestibz sparserūt pul
uerem sup caput suū in celū.
Et sederūt cū eo in terra septē
diebz et septē noctibz: et ne
mo loquebatur ei verbū. Vi
debāt enī dolorē esse vehe
mentem. Capitulum tercium.

Post hec aperuit
iob os suū: et ma
ledixit diei suo. Et
locutus est. Pereat dies in

qua natus sum: et nox in qua
dictum est conceptus est homo.
Dies ille vertatur in tenebras.
Non requirat eum deus desu
per: et non sit in recordatione:
et non illustretur lumine. Obscu
rent eum tenebre et umbra mor
tis. Occupet eum caligo: et in
volvatur amaritudine. Noc
tem illam tenebrosus turbo pos
sideat. Non computetur in diebus
anni: nec numeretur in mensi
bus. Sit nox illa solitaria:
nec laude digna. Maledicant
ei qui maledicunt diei: qui pa
rati sunt suscitare leviathan.
Obtenebrentur stelle caligine
eius. Expectet lucem et non vi
deat. nec ortum surgentis auro
re: quia non conclusit ostia
ventris qui portavit me:
nec abstulit mala ab oculis
meis. Quare non in vulva
mortuus sum. egressus ex
utero non statim perii? Quare
exceptus genibus? Cur lacta
tus uberibus? Nunc enim dormi
ens silerem. et somno meo requi
escerem. cum regibus et consulibus
terre qui edificant sibi solitu
dines: aut cum principibus qui
possident aurum et replent
domos suas argento: aut si
cut abortivum absconditum
non subsisterem: vel qui concep
ti non viderunt lucem. Ibi impii
cessaverunt a tumultu: et i
bi requieverunt fessi robore:
et quondam vincti pariter si
ne molestia. non audierunt
vocem exactoris. Parvus et
magnus ibi sunt: et servus liber
a domino suo. Quare data est
misero lux. et vita his qui
in amaritudine anime sunt?
Qui expectant mortem et non
venit. quasi effodientes thesaurum:
gaudentque vehementer
cum invenerint sepulchrum? Vi
ro cuius abscondita est via:
et circumdedit eum deus tenebris.
Antequam comedam suspiro: et
tamquam inundantes aque sic
rugitus meus: quia timor
quem timebam evenit michi:
et quod verebar accidit. Nonne
dissimulavi? Nonne si
lui? Nonne quievi? Et venit

super me indignatio. Cap. iiij.

Respondens autem
Eliphaz Themani-
tes dixit. Si cepe-
rimus loqui tibi: forsitan mo-
leste accipies. Sed conceptum
sermonem tenere quis poterit?
Ecce docuisti multos: et ma-
nus lassas roborasti. Vacil-
lantes confirmaverunt sermo-
nes tui: et genua trementia
confortasti. Nunc autem venit
super te plaga et defecisti: teti-
git te et conturbatus es. Ubi
est timor tuus. fortitudo tu-
a. patientia tua: et perfectio via-
rum tuarum? Recordare obsecro
te quis umquam innocens pe-
riit: aut quando recti deleti
sunt? Quin potius vidi e-
os qui operantur iniquitatem.
et seminant dolores et metunt
eos flante deo perisse: et spiritu
ire eius esse consumptos. Rugi-
tus leonis. et vox leene. et
dentes catulorum leonum: contri-
ti sunt. Tigris periit eo quod
non haberet predam: et catuli
leonis dissipati sunt. Por-
ro ad me dictum est verbum
absconditum: et quasi furti-
ve suscepit auris mea ve-
nas susurrii eius. In horro-
re visionis nocturne. quando
solet sopor occupare homines.
pavor tenuit me et tremor:
et omnia ossa mea perterrita
sunt. Et cum spiritus me presente
transiret: inhorruerunt pili
carnis mee. Stetit quidam
cuius non agnoscebam vultum:
ymago coram oculis meis:
et vocem quasi aure lenis au-
divi. Numquid homo dei compa-
ratione iustificabitur: aut
factore suo purior erit vir?
Ecce qui serviunt ei non sunt
stabiles: et in angelis suis
repperit pravitatem. Quanto
magis hii qui habitant
domos luteas. qui terrenum
habent fundamentum. con-
sumentur velut a tinea? De
mane usque ad vesperam suc-
cidentur: et quia nullus intel-
ligit. in eternum peribunt. Qui
autem reliqui fuerint auferentur
ex eis: morientur et non in

sapientia. Capitulum quintum.
Voca ergo si est qui
tibi respondeat:
et ad aliquem sanctorum
convertere. Virum stultum inter-
ficit iracundia: et parvulum
occidit invidia. Ego vidi
stultum firma radice: et ma-
ledixi pulchritudini eius
statim. Longe fient filii eius
a salute: et conterentur in por-
ta: et non erit qui eruat. Cu-
ius messem famelicus come-
det: et ipsum rapiet armatus:
et bibent sitientes divitias
eius. Nichil in terra sine cau-
sa fit: et de humo non orietur
dolor. Homo ad laborem
nascitur: et avis ad volatum.
Quamobrem ego deprecabor
dominum: et ad deum ponam elo-
quium meum. Qui facit mag-
na et inscrutabilia: et mi-
rabilia absque numero. Qui
dat pluviam super faciem terre:
et irrigat aquis universa.
Qui ponit humiles in subli-
me: et merentes erigit sospi-
tate. Qui dissipat cogitati-
ones malignorum: ne possint
implere manus eorum quod
ceperant. Qui apprehendit sa-
pientes in astucia eorum: et con-
silium pravorum dissipat. Per
diem incurrent tenebras: et quasi
in nocte sic palpabunt in me-
ridie. Porro salvum faciet ege-
num a gladio oris eorum: et de ma-
nu violenti pauperem. Et erit
egeno spes: iniquitas autem con-
trahet os suum. Beatus homo
qui corripitur a deo. Increpati-
onem ergo domini ne reprobes:
quia ipse vulnerat et mede-
tur: percutit et manus eius
sanabunt. In sex tribulationi-
bus liberabit te: et in septima
non tanget te malum. In fa-
me eruet te de morte: et in bel-
lo de manu gladii. A flagel-
lo lingue absconderis: et non
timebis calamitatem cum venerit.
In vastitate et fame ridebis:
et bestiam terre non formidabis:
sed cum lapidibus regionum pac-
tum tuum: et bestie terre pacifice
erunt tibi. Et scies quod pacem
habeat tabernaculum tuum:

et visitans speciē tuā non
peccabis. Et scies quoqꝫ q̄
tuā multiplex erit semen
tuū: et progenies tua qua
si herba terre. Ingredieris in
abundātia sepulchrū: sicut
infertur acervus in tēpore su
o. Ecce hoc ut investigavim'
ita ē: qđ auditū mēte pertracta.
Respondēs Capitulum vi.
autem iob dixit. Vti
nā appenderentur
peccata mea quibꝫ irā me
rui. et calamitas quā pa
tior in statera: quasi hare
na maris hec gravior ap
pareret. Unde et verba me
a dolore sūt plena: quia
sagitte dn̄i in me sūt. quarū
indignatio ebibit spiritū
meū: et terrores dn̄i mili
tāt contra me. Nūqđ rugiet
onager cū habuerit herbā:
aut mugiet bos cū ante
presepe plenū steterit? Aut
potest comedi insulsum:
qđ nō est sale conditum?
Aut potest aliquis gustare:
qđ gustatū affert mortē?
Anime cū esurienti. etiā a
mara dulcia esse videntur.
Que prius tangere nolebat
aīa mea: nūc pre angusti
a cibi mei sunt. Quis det
ut veniat petitio mea: et qđ
expecto tribuat michi deus.
Et qui cepit ipse me conterat:
solvat manū suā et succi
dat me. Et hec michi sit con
solatio. ut affligens me do
lore non parcat: nec contra
dicā sermonibꝫ sancti. Que
est enim fortitudo mea ut sus
tineā? aut quis finis meus
ut patienter agam? Nec for
titudo lapidū fortitudo me
a: nec caro mea enea est. Ec
ce non est auxiliū michi in
me: et necessarii quoqꝫ mei
recesserunt a me. Qui tollit
ab amico suo misericordi
am: timorē dn̄i derelinquit.
Fratres mei preterierunt me:
sicut torrens qui raptim
transit in convallibꝫ. Qui
timent pruinā: irruet sup
eos nix. Tempore quo fue
rint dissipati peribunt: et

ut incaluerint soluentur de lo
co suo. Inuolute sunt semi
te gressus eorum: ambulabunt
in vacuum et peribunt. Con
siderate semitas thenan
itinera saba: et exspectate
paulisper. Confusi sunt: quia
speravi. Venerunt quoque
usque ad me: et pudore coop
ti sunt. Nunc venistis: et
modo videntes plagam me
am timetis. Numquid dixi
afferte michi et de substan
tia vestra donate michi? vel
liberate me de manu hos
tis. et de manu robustorum
eruite me? Docete me et ego
tacebo: et si quid forte igno
ravi instruite me. Quare
detraxistis sermonibus verita
tis? cum e vobis nullus
sit qui possit arguere me?
Ad increpandum tantum elo
quia concinnatis: et in ven
tum verba profertis. Super
pupillum irruitis: et subuer
tere nitimini amicum vestrum.
Verumtamen quod cepistis ex
plete. Prebete aurem: et vide
te an mentiar. Respondete
obsecro absque contentione.
et loquentes id quod iustum
est iudicate: et non invenie
tis in lingua mea iniquitatem:
nec in faucibus meis stulti
cia personabit. Capitulum vij.

Militia est vita ho
minis super terram:
et sicut dies merce
narii dies eius. Sicut cervus
desiderat umbram. et sicut mer
cennarius prestolatur finem
operis sui: sic et ego habui
menses vacuos. et noctes
laboriosas enumeravi michi.
Si dormiero dico quando
consurgam? et rursum exspec
tabo vesperam: et replebor
doloribus usque ad tenebras.
Induta est caro mea putre
dine: et sordibus pulveris.
Cutis mea aruit: et contrac
ta est. Dies mei velocius
transierunt quam a texente
tela succiditur: et consumpti
sunt absque ulla spe. Memen
to quia ventus est vita me
a: et non revertetur oculus meus

ut videat bona: nec aspi-
ciet me visus hominis. Oculi
tui in me: et non subsistam.
Sicut consumitur nubes et per-
transit. sic qui descenderit
ad inferos non ascendet: nec
revertetur ultra in domum su-
am: neque cognoscet eum am-
plius locus eius. Quapropter
et ego non parcam ori meo.
Loquar in tribulatione
spiritus mei: confabulabor cum
amaritudine anime mee.
Numquid mare sum ego aut
cetus: quia circumdedisti me
carcere? Si dixero consolabi-
tur me lectus meus. et rele-
vabor loquens mecum in stra-
tu meo: terrebis me per som-
nia: et per visiones horrore
concuties. Quamobrem elegit
suspendium anima mea: et mor-
tem ossa mea. Desperavi: ne-
quaquam ultra iam vivam. Par-
ce michi: nichil enim sunt di-
es mei. Quid est homo quia
magnificas eum: aut quia
ponis erga eum cor tuum? Vi-
sitas eum diluculo: et subito

probas illum. Usquequo non
parcis michi: nec dimittis
me ut gluciam salivam meam?
Peccavi. Quid faciam tibi
o custos hominum? Quare
me posuisti contrarium tibi:
et factus sum michimetipsi
gravis? Cur non tollis pecca-
tum meum: et quare non aufers ini-
quitatem meam? Ecce nunc in
pulvere dormiam: et si mane
me quesieris non subsistam.

Cap. viii.

Respondens
autem Baldad su-
hites dixit. Usquequo
loqueris talia: et spiritus multi-
plex sermones oris tui? Num-
quid deus supplantat iudicium:
et omnipotens subvertit quod
iustum est? Etiam si filii tui pec-
caverunt ei. et dimisit eos in
manu iniquitatis sue: tu ta-
men si diluculo consurrexe-
ris ad deum. et omnipotentem
fueris deprecatus. si mundus
et rectus incesseris: statim evigi-
labit ad te. et pacatum red-
det habitaculum iustitie tue:
in tantum ut priora tua

fuerint parua. et nouis
sima tua multiplicentur
nimis. Interroga enī ge
neratione͂ pristinā: et di
ligenter inuestiga patrum
memoriā. Hesterni quip
pe sumus: et ignoramus
quoniā sicut umbra dies
nostri sunt sup terrā. Et ipsi
docebūt te: et loquentur
tibi. et de corde suo pferent
eloquia. Nūquid virescere
potest scirpus absq̧ humo
re: aut crescere carectū sine aq̄?
Cum adhuc sit in flore nec
carpatur manu: ante oēs
herbas arescit. Sic vie oīi
um qui obliuiscūtur deum:
et spes ypocrite pibit. Nec
placebit vecordia sua: et
sicut tela aranearum fiducia
eius. Innitetur sup domum
suā et non stabit: fulciet
eam et nō cōsurget. Hu
mectus videtur anteq̄ ueni
at sol: et in ortu suo germi
nis egredietur. Sup aceruū
petrarū radices eius densa
buntur: et inter lapides cō

morabitur. Si absorbuerit
eū de loco suo: negabit eū.
et dicet non noui te. Hec ē
enī leticia vie eius: ut rur
sum de terra alii germinē
tur. Deus nō proiciet sim
plicē. nec porriget manū
malignis: donec ipleatur
risu os tuū. et labia tua
iubilo. Qui oderūt te in
duentur confusione: et tab
naculū impiorum nō subsis

ET re Capl' ix. tet
spondens iob a
it. Vere scio quod
ita sit: et q̄ non iustificetur
homo cōpositus deo. Si
voluerit contendere cum eo:
non poterit ei respondere u
nū pro mille. Sapiēs corde
est: et fortis robore. Quis
restitit ei: et pacē habuit?
Qui trāstulit mōtes: et
nescierūt hii quos subuertit
in furore suo. Qui cōmo
uet terrā de loco suo: et co
lūpne eius cōcutiuntur. Qui
pcipit soli et nō oritur: et
stellas claudit quasi sub

signaculo. Qui extendit ce
los solus: et gradit᷑ super
fluctus maris. Qui facit
arcturū et oriona. et hya
das: et interiora austri. Q̄
facit magna et īcompre
hensibilia: et mirabilia
quoꝝ nō est numerus. Si
venerit ad me nō videbo: si
abierit nō intelligā eum.
Si repente īterroget. quis
respondebit ei? vel quis di
cere potest. cur facis? Deus
cuius resistere ire nemo po
test: et sub quo curvantur
qui portāt orbē. Quātus
ergo sum ego qui respon
deam ei: et loquar verbis
meis cū eo? Qui etiā si ha
buero quippiā iustū non
respōdebo: sed meū iudicē
dep̄cabor. Et cū invocātē
exaudierit me: nō credo q̄
audierit vocē meā. In tur
bine enī cōteret me: et mul
tiplicabit vulnera mea e
tiā sine causa. Non cōcedit
requiescē spm̄ meū: et im
plet me amaritudinibꝫ.

Si fortitudo q̄ritur robustis
simus est: si equitas iudicii
nemo pro me audet testi
moniū dicē. Si iustificare me
voluero: os meū condēpna
bit me. Si innocentē ostēde
ro: pravū me cōprobabit.
Etiā si simplex fuero. hoc
ipm̄ ignorabit aīa mea:
et tedebit me vite mee. Unū
est quod locutus sū: et inno
centē et impiū ipe cōsumit.
Si flagellat occidat semel:
et nō de penis innocentū ride
at. Terra data est in manus
impii: vultū iudicū eius o
perit. Quod si nō ille est quis
ergo est? Dies mei velociores
fuerūt cursore: fugerūt et nō
viderūt bonū. Pertransierūt
quasi naves poma portā
tes: sicut aquila volans ad
escam. Cum dixero nequaq̄
ita loquar: cōmuto faciem
meā et dolore torqueor. Vere
bar omnia opa mea: sciens
q̄ nō parceres delinquēti. Si
autē et sic impius sum. q̄re
frustra laboravi? Si lotus

fuero quasi aquis niuis. et
fulserint velut mūdissime
manus mee: tamē sordi
bus intingues me. et abhomi
nabūtur me vestimēta me
a. Neq; enī viro qui simil'
mei est respondebo: nec qui
mecū in iudicio ex equo
possit audiri. Non est qui
utrūq; valeat arguere: et
ponere manū suam in am
bobus. Auferat a me vir
gā suā: et pauor eius non
me terreat. Loquar et non
timebo eū: neq; enī possū
metuēs respondere. Cap'l' x.

Tedet animā meā
vite mee: dimittā
aduersū me eloq
uiū meum. Loquar in a
maritudine aīe mee: dicā
deo. noli me condēpnare.
Iudica michi: cur me ita
iudices. Nūq̄d bonū tibi
videt' si calūpnieris et opp̄
mas me opus manuū tu
arū: et cōsiliū impior ad
iuues? Nūq̄d oculi carnei
tibi sunt. aut sicut videt
homo et tu videbis? Nūq̄d
sicut dies hominis dies tui et
anni tui sicut humana sūt
tēpora: ut q̄ras iniq̄tatē
meā et pctm̄ meū scruteris?
et scias quia nichil impiū
fecerim: cū sit nemo qui de
manu tua possit eruere?
Manus tue plasmauerūt
me et fecerūt me totū in cir
cuitu: et sic repente p̄cipitas
me? Memēto queso q̄d sic
lutū feceris me: et in puluē
rē reduces me. Nōne sicut
lac mulsisti me. et sicut ca
seum me coagulasti? Pelle
et carnibꝫ vestisti me: et ossi
bus et neruis cōpegisti me.
Vitā et misericordiā tribuis
ti michi: et visitatio tua cus
todiuit spm̄ meū. Licet hec
celes in corde tuo: tamē scio
quia vniu'sor memineris.
Si peccaui et ad horā pep
cisti michi: cur ab iniq̄tate
mea mūdū me esse nō pa
teris? Et si impius fuero:
ve michi est. Et si iustus:
nō leuabo caput. saturatu

tuis afflictione et miseria.
Et propter superbiam quasi lee-
nam capies me: reversusque
mirabiliter me crucias. In-
stauras testes tuos contra
me et multiplicas iram tuam
adversum me: et pene mili-
tant in me. Quare de vul-
va eduxisti me? Qui uti-
nam consumptus essem. ne ocu-
lus me videret: fuissem quasi
qui non essem. de utero trans-
latus ad tumulum. Numquid
non paucitas dierum meorum
finietur brevi? Dimitte ergo
me ut plangam paululum
dolorem meum: antequam vadam et
non revertar ad terram tenebrosam
et opertam mortis caligine:
terram miserie et tenebrarum:
ubi umbra mortis et nullus
ordo. et sempiternus horror
inhabitans. Capitulum xi.

Respondens autem
Sophar naama-
thites dixit. Numquid
qui multum loquitur non et
audiet? aut vir verbosus
iustificabitur? Tibi soli tace-
bunt homines? et cum ceteros
irriseris a nullo confutabe-
ris? Dixisti enim. Purus est
sermo meus: et mundus sum
in conspectu tuo. Atque utinam
deus loqueretur tecum. et aperi-
ret labia sua tibi: ut ostenderet
tibi secreta sapientie. et quod multi-
plex esset lex eius: et intellige-
res quod multo minora exi-
garis ab eo quam meretur in-
iquitas tua. Forsitan vesti-
gia dei comprehendes: et usque
ad perfectum omnipotentem re-
peries. Excelsior celo est. et
quid facies? Profundior in-
ferno: et unde cognosces?
Longior terra mensura eius:
et latior mari. Si subver-
terit omnia. vel in unum coar-
taverit: quis contradicet ei?
Ipse enim novit hominum va-
nitatem: et videns iniquitatem
nonne considerat? Vir va-
nus in superbiam erigitur: et tamquam
pullum onagri se liberum
natum putat. Tu autem firmasti
cor tuum: et expandisti ad
deum manus tuas. Si iniqui-

miseriam que est in manu tua
abstuleris a te. et non manse
rit in tabernaculo tuo iniusti
cia: tunc levare poteris fa
ciem tuam absque macula: et e
ris stabilis et non timebis.
Miserie quoque obliviscens.
et quasi aquarum que pre
terierunt recordaberis: et quasi
meridianus fulgor consurget
tibi ad vesperam. Et cum te
consumptum putaveris ori
eris ut lucifer: et habebis
fiduciam proposita tibi spe: et
defossus securus dormies.
Requiesces et non erit qui te
exterreat: et deprecabuntur fa
ciem tuam plurimi. Oculi autem
impiorum deficient: et effugium
peribit ab eis: et spes eorum ab
hominatio anime. Capitulum xii.

Respondens autem
Iob dixit. Ergo
vos estis soli ho
mines: et vobiscum morietur
sapientia? Et michi est cor si
cut et vobis: nec inferior
vestri sum. Quis enim hec que
nostis ignorat? Qui de
ridetur ab amico suo sicut
ego: invocabit deum et exau
diet eum. Deridetur enim iusti
simplicitas: lampas contemp
ta apud cogitationes di
vitum. parata ad tempus
statutum. Habundant tab
ernacula predonum: et au
dacter provocant deum: cum ipse
dederit omnia in manibus
eorum. Nimirum interroga iu
menta et docebunt te: et vo
latilia celi et indicabunt
tibi. Loquere terre et respon
debit tibi: et narrabunt pis
ces maris. Quis ignorat
quod omnia hec manus domini
fecerit? In cuius manu a
nima omnis viventis: et
spiritus universe carnis hominis.
Nonne auris verba diiudi
cat: et fauces comedentis
saporem? In antiquis est sa
pientia: et in multo tempore
prudentia. Apud ipsum est
sapientia et fortitudo: ipse
habet consilium et intelligen
tiam. Si destruxerit: nemo
est qui edificet. Et si incluse

rit hominē: nullus est q̄
aperiat. Si cōtinuerit aq̄s
oīa siccabūt̄: et si emiserit
eas subuertent terram. Apud
ipm̄ est fortitudo et sapiā:
ipē nouit et decipientē et
eum qui decipit̄. Adducit
cōsiliarios in stultū finē:
et iudices in stuporē. Bal
theum regū dissoluit: et p̄
cingit fune renes eor̄. Du
cit sacerdotes inglorios: et op
timates supplantat. Cōmu
tans labiū veraciū: et doct
nā senū auferēs. Effundit
despectionē sup p̄ncipes: et
eos qui oppressi fuerāt rele
uans. Qui reuelat p̄funda
de tenebris: et producit in
lucē umbrā mortis. Qui
multiplicat gentes et perdit
eas: et subuersas in integrū
restituit. Qui immutat cor
p̄ncipū p̄pli terre: et decipit
eos ut frustra incedant per
inuium. Palpabunt qua
si in tenebris et non in lu
ce: et errare eos faciet qua
si ebrios. Capitulum xiii.

Ecce omnia vidit o
culus meus. et au
diuit auris mea:
et intellexi singula. Secun
dū scientiā vestram et ego no
ui: nec inferior vestrū sum. Sed
tamen ad omnipotentē lo
quar. et disputare cum deo
cupio: prius vos ostendens
fabricatores mendacij. et
cultores p̄uersorū dogmatū.
Atq̄ utinā taceretis: ut pu
taremini esse sapientes. Audi
te ergo correptiones meas:
et iudiciū labior̄ meor̄ at
tendite. Nunq̄d deus indiget
vestro mendacio: ut pro illo
loquamini dolos? Nunquid
faciē eius accipitis: et pro
deo iudicare nitimini? Aut
placebit ei quē celare nichil
potest? aut decipiet̄ ut ho
mo vestris fraudulentijs? Ipe
vos arguet: quoniā in ab
scondito faciē eius accipi
tis. Statim ut se cōmouerit
turbabit vos: et terror eius
irruet sup vos. Memoria vestra
cōparabit̄ cineri: et redige

tur in lutum ceruices vestre.
Tacete paulisper: ut loquar
quodcumque michi mens sug
gesserit. Quare lacero car
nes meas dentibus meis: et
animam meam porto in ma
nibus meis? Etiam si occiderit
me: in ipso sperabo. Verumta
men vias meas in conspectu
eius arguam: et ipse erit sal
uator meus. Non enim veniet
in conspectu eius omnis ypo
crita. Audite sermonem meum:
et enigmata percipite auri
bus vestris. Si fuero iudicatus:
scio quod iustus inueniar. Quis
est qui iudicetur mecum? Veni
at. Quare tacens consumor?
Duo tantum ne facias michi:
et tunc a facie tua non ab
scondar. Manum tuam longe
fac a me: et formido tua non
me terreat. Voca me et ego re
spondebo tibi: aut certe lo
quar et tu responde michi.
Quantas habeo iniquitates
et peccata: scelera mea et delic
ta ostende michi. Cur faciem
tuam abscondis: et arbitraris
me inimicum tuum? Contra folium
quod vento rapitur ostendis
potentiam tuam: et stipulam sic
cam persequeris. Scribis enim contra
me amaritudines: et consu
mere me vis peccatis adolescen
tie mee. Posuisti in neruo pe
dem meum: et obseruasti omnes
semitas meas: et vestigia pe
dum meorum considerasti. Qui qua
si putredo consumendus sum:
et quasi vestimentum quod
comeditur a tinea. Homo na
tus de muliere breui viuens
tempore: repletur multis mi
seriis. Qui quasi flos egre
ditur et conteritur: et fugit ve
lut umbra: et numquam in eodem
statu permanet. Et dignum du
cis super huiuscemodi ape
rire oculos tuos: et addu
cere eum tecum in iudicium?
Quis potest facere mundum
de inmundo conceptum semine?
Nonne tu qui solus es? Capitulum

Breues dies xiiij.
hominis sunt: nu
merus mensium eius
apud te est. Constituisti t

minos eius: qui p̄terire
nō poterūt. Recede paulu
lū ab eo ut quiescat: donͨ
optata veniat. sicut merce
narij dies eius. Lignū ha
bet spem. Si p̄cisū fuerit
rursū virescit: et rami eiꝰ
pullulāt. Si senuerit in
terra radix eius. et in pul
uere emortuus fuerit trūcꝰ
illius: ad odorē aque ger
minabit: et faciet comam
quasi cū primū plātatū
est. Homo vero cū mortu
us fuerit et nudatus atqꝫ
consūptus: ubi q̄so est?
Quomō si recedāt aque
de mari. et fluuius vacue
factus arescat: sic homo
cū dormierit nō resurget.
Donec atteratͬ celū non e
uigilabit: nec cōsurget de
sōpno suo. Quis michi
hoc tribuat ut in īferno
protegas me. et absc̄ōdas
me donec p̄transeat furor
tuus: et constituas michi
tēpus in quo recorderis
mei? Putas ne mortuus

homo rursū viuet? Cūctis
diebꝫ quibꝫ nūc milito: ex
specto donec veniat īmuta
tio mea. Vocabis me: et
ego respondebo tibi. Opi
manuū tuarū porriges dex
terā. Tu quidē gressus meos
dinumerasti: sed parce pec
catis meis. Signasti quasi
in sacculo delicta mea: sed
curasti iniq̄tatē meā. Mōs
cadens defluit: et saxū trāf
fertur de loco suo. Lapides
excauāt aque: et alluuio
ne paulatim terra cōsumi
tur. Et hoīēs ergo simi
liter p̄des. Roborasti eū
paululū: ut imp̄petuum
p̄transiret. Immutabis
faciē eius: et emittes eum.
Siue nobiles fuerīt filij eiꝰ
siue ignobiles: nō intel
liget. Attamen caro eius
dum viuet dolebit: et anī
ma illius sup̄ semetip̄o
lugebit. Cap̄l. xv.
Respondens autē
Eliphaz thema
nites. dixit. Nūq̄d sapiēs

respondebit quasi in ventum loquens: et implebit ardore stomachum suum? Arguis verbis eum qui non est equalis tui: et loqueris quod tibi non expedit. Quantum in te est evacuasti timorem: et tulisti preces coram deo. Docuit enim iniquitas tua os tuum: et imitaris linguam blasphemantium. Condempnabit te os tuum et non ego: et labia tua respondebunt tibi. Numquid primus homo tu natus es. et ante colles formatus? Numquid consilium dei audisti: et inferior te erit eius sapientia? Quid nosti quod ignoremus? Quid intelligis quod nesciamus? Et senes et antiqui sunt in nobis: multo vetustiores quam patres tui. Numquid grande est ut consoletur te deus? Sed verba tua prava hoc prohibent. Quid te elevat cor tuum: et quasi magna cogitans attonitos habes oculos? Quid

tumet contra deum spiritus tuus: ut proferas de ore tuo huiuscemodi sermones? Quid est homo ut immaculatus sit. et ut iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis: et celi non sunt mundi in conspectu eius. Quanto magis abhominabilis et inutilis homo: qui bibit quasi aquas iniquitatem? Ostendam tibi audi me: quod vidi narrabo tibi. Sapientes confitentur et non abscondunt patres suos. quibus solis data est terra: et non transibit alienus per eos. Cunctis diebus suis impius superbit: et numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Sonitus terroris semper in auribus illius: et cum pax sit ille semper insidias suspicatur. Non credit quod reverti possit de tenebris ad lucem: circumspectans undique gladium. Cum se moverit ad querendum panem: novit

quod paratus sit in manu eius
tenebrarum dies. Terrebit e-
um tribulatio: et angus-
tia vallabit eum. sicut
regem qui preparatur ad
prelium. Tetendit enim adver-
sus deum manum suam: et con-
tra omnipotentem robora-
tus est. Cucurrit adversum
eum erecto collo: et pingui
cervice armatus est. Ope-
ruit faciem eius crassitudo:
et de lateribus eius arvina
dependet. Habitabit in
civitatibus desolatis: et in
domibus desertis. que in tu-
mulos sunt redacte. Non
ditabitur. nec perseverabit
substantia eius: nec mit-
tet in terra radicem suam.
Non recedet de tenebris.
Ramos eius arefaciet
flamma: et auferetur spiritu
oris sui. Non credat frustra
errore deceptus: quod aliquo
precio redimendus sit. Ante-
quam dies eius impleantur
peribit: et manus eius a-
rescent. Ledetur quasi vi-
nea in primo flore botrus
eius: et quasi oliva proi-
ciens florem suum. Congregatio
enim ypocrite sterilis: et i-
gnis devorabit tabernacu-
la eorum qui munera liben-
ter accipiunt. Concepit dolo-
rem. et peperit iniquitatem:
et uterus eius preparat dolos.

Cap. xvi.

Respon-
dens autem iob dix-
it. Audivi fre-
quenter talia. Consolato-
res onerosi omnes vos es-
tis. Numquid habebunt finem
verba ventosa? aut aliquid
tibi molestum est si loquaris?
Poteram et ego similia vestri
loqui. Atque utinam esset a-
nima vestra pro anima me-
a. Consolarer et ego vos
sermonibus: et moverem
caput meum super vos. Ro-
borarem vos ore meo: et mo-
verem labia quasi parcens
vobis. Sed quid agam?
Si locutus fuero non quies-
cet dolor meus: et si tacuero
non recedet a me. Nunc autem

oppressit me dolor meus: et
in nichilū redacti sunt oēs
artus mei. Ruge mee testi
moniū dicunt cont̄ me: et
suscitatur falsiloquus adu
sus faciē meā. contradicens
michi. Collegit furorē suū
in me: et cōminans michi
infremuit cont̄ me denti
bus suis. Hostis meus terri
bilibus oculis me intuitus
est. Aperuerūt sup me ora
sua: exprobrātes percusserūt
maxillā meā: saciati sunt
penis meis. Cōclusit me deus
apud iniquū: et manibus
impiorum me tradidit. Ego
ille quondā opulentus: repē
te contritus sum. Tenuit
ceruicē meā: confregit me.
et posuit me quasi signū.
Circumdedit me lanceis suis:
cōuulnerauit lumbos meos.
Non pepercit: et effudit in t̄
ra uiscera mea. Cōcidit me
uulnere sup uulnus: irruit
in me quasi gygas. Sac
cū consui sup cutem meam:
et operui cinere carnē meā.

Facies mea intumuit fletu: et
palpebre mee caligauerūt.
Hec passus sum absq; ini
quitate manus mee: cum
haberē mūdas ad deū p̄ces.
Terra ne operias sanguinē
meū: neq; inueniat in te lo
cum latendi clamor meus.
Ecce enī in celis testis meus:
et conscius meus in excelsis.
Verbosi amici mei: ad deū
stillat oculus meus. Atq;
utinā sic iudicaret vir cum
deo: quomodo iudicatur
filius hominis cū collega su
o. Ecce enī breues anni trāſ
eunt: et semitā per quā non
reuertar ambulo. Capl̄ xvij.

Spiritus meus at
tenuabitur: dies
mei breuabuntur:
et solū michi superest sepul
crū. Non peccaui: et in a
maritudinibus moratur oculus
meus. Libera me dn̄e et po
ne me iuxta te: et cuiusuis
manus pugnet cont̄ me.
Cor eorum longe fecisti a disci
plina: et propterea nō exalta

bunt. Predam pollicetur soci
is: et oculi filiorum eius defi
cient. Posuit me quasi pro
verbium vulgi: et exemplum
sum coram eis. Nunc autem deri
dent me iuniores tempore:
quorum non dignabar pa
tres ponere cum canibus gre
gis mei. Caligavit ab in
dignatione oculus meus:
et membra mea quasi in
nichilum redacta sunt. Stu
pebunt iusti super hoc: et in
nocens contra ypocritam sus
citabitur. Et tenebit iustus
viam suam: et mundis mani
bus addet fortitudinem. Igitur
omnes vos convertimini et venite:
et non inveniam in vobis ullum sapi
entem. Dies mei transierunt:
cogitationes mee dissipa
te sunt. torquentes cor me
um. Noctem verterunt in diem:
et rursum post tenebras spe
ro lucem. Si sustinuero infer
nus domus mea est: et in
tenebris stravi lectulum me
um. Putredini dixi pater
meus es: mater mea. et so
ror mea vermibus. Ubi est
ergo nunc prestolatio mea:
et patientiam meam quis con
siderat? In profundissimum
infernum descendent omnia
mea. Putas ne saltem ibi
erit requies michi? Capitulum xviii.

Respondens autem
Baldad suites di
xit. Usque ad quem
finem verba iactabitis? Intel
ligite prius: et sic loquamur.
Quare reputati sumus ut
iumenta: et sorduimus coram
te? Qui perdis animam tuam
in furore tuo? Numquid propter
te derelinquetur terra: et trans
ferentur rupes de loco suo? Nonne
lux impii extinguetur: nec
splendebit flamma ignis eius?
Lux obtenebrescet in taber
naculo illius: et lucerna
que super eum est extinguetur.
Artabuntur gressus virtutis
eius: et precipitabit eum consi
lium suum. Inmisit enim in re
te pedes suos: et in maculis
eius ambulat. Tenebitur planta
illius laqueo: et exardescet

contra eum sitis. Abscon
dita est in terra pedica e
ius: et decipula illius su
per semitam. Undique terrebu
nt eum formidines: et invol
vent pedes eius. Attenuetur
fame robur eius: et inedia
invadat costas illius. Devo
ret pulchritudinem cutis eius:
consumat brachia illius
primogenita mors. Avel
latur de tabernaculo suo
fiducia eius: et calcet super
eum quasi rex interitus.
Habitent in tabernaculo
illius socii eius qui non
est: aspergatur in taber
naculo eius sulphur. De
orsum radices eius siccen
tur: sursum autem atteratur
messis eius. Memoria
illius pereat de terra: et
non celebretur nomen eius
in plateis. Expellet eum
de luce in tenebras: et de
orbe transferet eum. Non erit
semen eius neque progenies
in populo suo: nec ulle reli
quie in regionibus eius.

In die eius stupebunt novis
simi: et primos invadet
horror. Hec sunt ergo taberna
cula iniqui: et iste locus eius
qui ignorat deum. Capitulum xix.

Respondens autem iob
dixit. Usquequo affli
gitis animam meam: et
atteritis me sermonibus? En
decies confunditis me: et non
erubescitis opprimentes me.
Nempe et si ignoravi: me
cum erit ignorantia mea. At
vos contra me erigimini: et
arguitis me obprobriis
meis. Saltem nunc intelligi
te quia deus non equo iudi
cio afflixerit me: et flagellis
suis me cinxerit. Ecce cla
mabo vim patiens et ne
mo audiet: vociferabor
et non est qui iudicet. Semi
tam meam circumsepsit et transire
non possum: et in calle me
o tenebras posuit. Spoli
avit me gloria mea: et
abstulit coronam de capite
meo. Destruxit me undique
et pereo: et quasi avulse ar

vons abstulit spem meam.
Iratus est contra me furor
eius: et sic me habuit quasi
hostem suum. Simul vene-
runt latrones eius. et fecerunt
sibi viam per me: et obsede-
runt in gyro tabernaculum
meum. Fratres meos longe
fecit a me: et noti mei quasi
alieni recesserunt a me. De-
reliquerunt me propinqui mei:
et qui me noverant obliti sunt
mei. Inquilini domus
mee et ancille mee sicut
alienum habuerunt me: et qua-
si peregrinus fui in oculis
eorum. Servum meum vocavi
et non respondit: ore proprio
deprecabar illum. Halitum
meum exhorruit uxor mea:
et orabam filios uteri mei.
Stulti quoque despiciebant
me: et cum ab eis recessissem
detrahebant michi. Abho-
minati me sunt quondam
consiliarii mei: et quem maxime
me diligebam adversatus est
michi. Pelli mee consumptis
carnibus adhesit os meum:

et derelicta sunt tantummodo
labia circa dentes meos. Mi-
seremini mei miseremini mei
saltem vos amici mei: quia
manus domini tetigit me. Qua-
re persequimini me sicut deus:
et carnibus meis saturamini?
Quis michi tribuat ut scri-
bantur sermones mei? Quis
michi det ut exarentur in
libro stilo ferreo et plumbi
lamina: vel (vl' certe) celte sculpan-
tur in silice? Scio enim quod redemptor
meus vivit: et in novissimo die
de terra surrecturus sum. Et
rursum circumdabor pelle me-
a: et in carne mea videbo
deum. Quem visurus sum ego
ipse: et oculi mei conspectu-
ri sunt: et non alius. Re-
posita est hec spes mea in si-
nu meo. Quare ergo nunc
dicitis persequamur eum: et
radicem verbi inveniamus con-
tra eum? Fugite ergo a facie
gladii: quoniam ultor iniqui-
tatum gladius est: et scitote
esse iudicium. Capitulum
vicesimum.

Respondens autem
sophar naama
thites dixit. Idcir
co cogitationes mee varie
succedunt sibi: et mens in
diversa rapitur. Doctrinam
qua me arguis audiam: et
spiritus intelligentie mee
respondebit michi. Hoc
scio a principio ex quo posi
tus est homo super terram. quod
laus impiorum brevis sit: et
gaudium ypocrite ad instar
puncti. Si ascenderit usque in
celum superbia eius. et caput
eius nubes tetigerit: quasi
sterquilinium in fine perdetur:
et qui eum viderant dicent. Ubi
est? Velut sompnium avo
lans non invenietur: transiet
sicut visio nocturna. Ocu
lus qui eum viderat non
videbit: neque ultra intue
bitur eum locus eius. Filii eius
atterentur egestate: et manus
illius reddent ei dolorem suum.
Ossa eius implebuntur vi
ciis adolescentie eius: et cum
eo in pulvere dormient. Cum
enim dulce fuerit in ore eius
malum: abscondet illud sub
lingua sua. Parcet illi et
non derelinquet illud: et
celabit in gutture suo. Pa
nis eius in utero illius: ver
tetur in fel aspidum intrin
secus. Divitias quas de
voravit evomet: et de ven
tre illius extrahet eas deus.
Caput aspidum suget: oc
cidet eum lingua vipere.
Non videat rivulos flu
minis: torrentes mellis et bu
tiri. Luet que fecit omnia:
nec tamen consumetur. Iuxta
multitudinem adinventio
num suarum sic et sustinebit:
quoniam confringens nuda
vit pauperis domum. Rapu
it et non edificavit eam:
nec est saciatus venter eius.
Et cum habuerit que cupie
rat: possidere non poterit.
Non remansit de cibo eius:
et propterea nichil permanebit
de bonis eius. Cum saciatus
fuerit artabitur: estuabit.
et omnis dolor irruet in eum.

Vanam impleatur venter eius:
ut emittat in eum iram furo
ris sui: et pluat super illum
bellum suum. Fugiet arma fer
rea. et irruet in arcum ereum:
eductus et egrediens de va
gina sua. et fulgurans in
amaritudine sua. Vadent
et venient super eum horribi
les: omnes tenebre abscon
dite sunt in occultis eius.
Devorabit eum ignis qui
non succenditur: affligetur
relictus in tabernaculo suo.
Revelabuntur celi iniquitatem
eius: et terra consurget ad
uersus eum. Apertum erit ger
men domus illius: detra
hetur in die furoris dei. Hec
est pars hominis impii a
deo: et hereditas verborum
eius a domino. Capitulum xxi.

Respondens autem
iob dixit. Audi
te queso sermo
nes meos: et agite penite
ntiam. Sustinete me ut et e
go loquar: et post mea si
videbitur verba ridete. Numquid
contra hominem disputatio
mea est. ut merito non debeam
contristari? Attendite me et
obstupescite: et superponite
digitum ori vestro. Et ego quando
recordatus fuero pertimesco:
et concutit carnem meam tremor.
Quare ergo impii vivunt:
sublevati sunt confortatique
divitiis? Semen eorum perma
net coram eis: propinquorum
turba et nepotum in conspec
tu eorum. Domus eorum secure
sunt et pacate: et non est
virga dei super illos. Bos eo
rum concepit et non abortivit:
vacca peperit. et non est pri
vata fetu suo. Egrediuntur
quasi greges parvuli eorum:
et infantes eorum exultant
lusibus. Tenent timpanum et
cytharam: et gaudent ad
sonitum organi. Ducunt in
bonis dies suos: et in puncto
ad inferna descendunt. Qui
dixerunt deo recede a nobis:
et scientiam viarum tuarum no
lumus. Quid est omnipo
tens ut serviamus ei? et quid

nobis pdest si orauerimus
illū? Verumptamen quia
nō sunt in manu eorum
bona sua: cōsiliū impiorū
longe sit a me. Quociens
lucerna impiorū extinguetur:
et superueniet eis inundatio:
et dolores diuidet
furoris sui. Erunt
sicut palee ante fa
ciem venti: et sicut fauil
la quā turbo dispergit.
Deus seruabit filiis illius
dolorem patris: et cū red
diderit tunc sciet. Videbūt
oculi eius interfectionem
suā: et de furore omnipote
ntis bibet. Quid enī ad eū
ptinet de domo sua post
se. et si numerus mensiū
eius dimidietur? Nunquid
deū quispiā docebit sciē
tiā. qui excelsos iudicat?
Iste moritur robustus et sa
nus: diues et felix. Visce
ra eius plena sunt adi
pe: et medullis ossa illius
irrigantur. Alius vero mo
ritur in amaritudine a
nime absq3 ullis opibz.
Et tamen simul in puluē
dormient: et vermes operient
eos. Certe noui cogitatio
nes vrās: et sententias contra
me iniquas. Dicitis enī.
Ubi est domus principis: et
ubi tabernacula impiorū?
Interrogate quēlibet de via
toribz: et hec eadem eum
intelligere cognoscetis.
Quia in diem pditionis
seruatur malus: et ad
diem furoris ducetur. Quis
arguet corā eo viā eius?
et que fecit quis reddet illi?
Ipse ad sepulchra ducetur:
et in congerie mortuorū
vigilabit. Dulcis fuit gla
reis cocyti: et post se omnē
hominē trahet. et ante se i
numerabiles. Quomodo
igitur consolamini me frustra:
cū responsio vrā repugnare
ostensa sit veritati? Cap xxij.

Respondens autē
eliphaz themani
tes dixit. Nunquid
deo comparari potest ho:

ciā cum pfecte fuerit sāc
te? Quid prodest deo si
iustus fueris? aut quid
ei cōfers si imaculata fu
erit vita tua? Nūquid ti
mens te arguet te. et ve
niet tecū in iudiciū? et nō
propt malicīa tuā plu
rimā. et infinitas iniq
tates tuas? Abstulisti e
nī pignus fratrū tuoꝝ
sine causa: et nudos spo
liasti vestibꝫ. Aquā las
so nō dedisti: et esurienti
subtraxisti panē. In forti
tudine brachij tui possi
debas terrā: et potētissi
mus obtinebas eam.
Viduas dimisisti vacu
as: et lacertos pupillo
rū cōminuisti. Propterea
circūdatus es laqueis: et cō
turbat te formido subitane
a. Et putabas te tenebras
nō visurū: et impetu aqꝝ
inundanciū nō oppressū
iri. An cogitas qđ deus ex
celsior celo sit. et sup stel
laꝝ verticē sublimetur?

Et dicis. Quid enī novit
deus? Et quasi per caligi
nē iudicat. Nubes latibu
lū eius. nec nra cōsiderat:
et circa cardines celi pam
bulat. Nūquid semitā se
culoꝝ custodire cupis: quā
calcauerūt viri iniqui?
Qui sublati sunt ante tē
pus suū: et fluuius sub
uertit fundamentū eoꝝ.
Qui dicebāt deo recede a no
bis: et quasi nichil posset
facere omnipotens estima
bant eū: cū ille implesset
domus eoꝝ bonis. Quoꝝ
sententia longe sit a me.
Videbūt iusti et letabunt
et innocens subsānabit
eos. Nonne succisa est erec
tio eoꝝ? et reliquias eoꝝ
deuorabit ignis? Acquiesce
igitur ei et habeto pacem
et per hec habebis fructꝰ
optimos. Suscipe ex ore
illius legē: et pone sermo
nes eius in corde tuo. Si
reuersus fueris ad omnipo
tentē edificaberis: et lōge

facies iniq̃tatẽ a tabnacu
lo tuo. Dabit pro terra si
licem: et pro silice torrẽtes
aureos. Erit q; omĩpotẽs
cont̃ hostes tuos: et argen
tũ coacervabit tibi. Tunc
sup omĩpotentẽ delicijs
afflues: et elevab͛ ad deũ
faciẽ tuã. Rogabis eum
et exaudiet te: et vota tua
reddes. Decernes rem et ve
niet tibi: et in vijs tuis splẽ
debit lumẽ. Qui eñ humi
liatus fuerit erit in gloria:
et qui ĩclinaverit oculos
ipe salvabit. Salvabit
innocẽs: salvabit aũt mũ
dicia manuũ suarũ. Cap
R Espõdẽs aũt xxiij.
iob ait. Nũc q̃ĩ
amaritudĩe est
sermo meus: ⁊ manꝰ plage
mee aggravata ẽ sup gemi
tũ meũ. Q̃s m̃ tribuat ut
cognoscã et inveniã illũ:
et veniã usq; ad soliũ eiꝰ?
Ponã corã eo iudiciũ: et
os meũ replebo increpatio
nib;: ut sciam verba que

michi respondeat. et intelli
gã quid loquat͛ michi. No
lo multa fortitudĩe con
tendat mecũ: nec magnitu
dinis sue mole me p̃mat.
Ponat equitatẽ contra
me: et pveniat ad victori
am iudiciũ meũ. Si ad
orientẽ iero nõ apparet: si
ad occidentẽ non ĩtelligã
eũ. Si ad sinistrã quid a
gam? Non apphendã eũ.
Si me vertã ad dexteram:
nõ videbo illũ. Ipẽ vero scit
viã meã: et pbabit me q̃
si aurũ quod per ignem
trãsit. Vestigia eius secut͛
est pes meus: viã eius cu
stodivi. et nõ declinavi ex
ea. A mãdatis labior eiꝰ
non recessi: et in sinu meo
abscondi verba oris eius.
Ipẽ eñ solus est. et nemo
avertere potest cogitati
onẽ eius: et anima eius
q̃dcũq; voluit hoc fecit.
Cum expleverit in me vo
luntatẽ suã: et alia mlta
similia presto sunt ei. Et

idcirco a facie eius turba-
tus sum: et considerans eum
timore sollicitor. Deus mol-
livit cor meum: et omnipotens
conturbavit me. Non enim
perii propter imminentes tene-
bras: nec faciem meam operu-
it caligo. Cap. xxiiij.

Ab omnipotente non
sunt abscondita tem-
pora: qui autem noverunt eum
ignorant dies illius. Alii ter-
minos transtulerunt: dira-
puerunt greges et paverunt
eos. Asinum pupillorum abe-
gerunt: et abstulerunt pro
pignore bovem vidue. Sub-
verterunt pauperum viam:
et oppresserunt pariter man-
suetos terre. Alii quasi o-
nagri in deserto egrediuntur
ad opus suum: vigilantes ad
ad predam preparant panem
liberis. Agrum non suum deme-
tunt: et vineam eius quem vi
oppresserint vindemiant.
Nudos dimittunt homines
indumenta tollentes, quibus
non est operimentum in fri-
gore: quos imbres mon-
tium rigant: et non habentes
velamen amplexantur lapi-
des. Vim fecerunt depredantes
pupillos: et vulgus pau-
perum spoliaverunt. Nudis
et incedentibus absque vestitu:
et esurientibus tulerunt spicas.
Inter acervos eorum meridia-
ti sunt: qui calcatis torcu-
laribus sitiunt. De civitatibus
fecerunt viros gemere: et anime
vulneratorum clamabunt: et
deus inultum abire non pati-
tur. Ipsi fuerunt rebelles lu-
mini: nescierunt vias eius:
nec reversi sunt per semitas
illius. Mane primo consur-
git homicida. interficit egenum
et pauperem: per noctem vero
erit quasi fur. Oculus adul-
teri observat caliginem dicens.
non me videbit oculus: et o-
periet vultum suum. Perfodit
in tenebris domos sicut in
die condixerant sibi: et igno-
raverunt lucem. Si subito ap-
paruerit aurora arbitrantur
umbram mortis: et sic in te-

nebras quasi in luce ambulāt.
Leuis est sup faciē aque. Ma
ledicta sit pars eius ī terra:
nec ambulet per viā vinea
rū. Ad nimiū calorē transe
at ab aquis niuiū: et usq;
ad inferos pctm illius. Obli
uiscatur eius misericordia:
dulcedo illius vermes. Non
sit in recordatione: sed cōte
ratur quasi lignū infructuo
sū. Pauit eni sterilē et que
nō parit: et vidue bene nō
fecit. Detraxit fortes in forti
tudine sua: et cū steterit nō
credet vite sue. Dedit ei deus
locū penitentie: et ille abuti
tur eo in supbiā. Oculi aut
eius sunt in viis illius: ele
uati sunt ad modicū et nō
subsistēt. Et humiliabunt
sicut omnia et auferentur: et
sicut summitates spicarū cō
terent. Qđ si nō est ita: q̄s
me potest arguere esse men
dacē. et ponē ante deū verba
mea? Cap. xxv.
Respondens autem
baldad suites dix
it. Potestas et terror apud eū
est: qui facit concordiā in sub
limib; suis. Nūqd est nume
rus militū eius: et sup quē
nō fulget lumē illius? Nun
quid iustificari potest ho
mo cōparatus deo: aut ap
parere mūdus natus de mu
liere? Ecce etiā luna nō splē
det: et stelle nō sunt mūde in
cōspectu eius: q̄ntomagis
homo putredo et filius hōis
vermis? Capitulum xxvi.
Respondens autē
iob dixit. Cuius
adiutor es? Nū
quid imbecilli: et sustētas
brachiū eius qui nō est for
tis? Cui dedisti cōsiliū? Forsi
tan illi qui nō habet sapi
entiā: et prudentiā tuā ostē
disti plurimā. Aut quem
docere voluisti? Nōne eum
qui fecit spiramentū? Ecce
gygantes gemūt sub aq̄s:
et qui habitant cū eis. Nūqđ
est infernus corā illo: et nullū
est operimentū pditioni. Qui
extendit aquilonē sup va

cuū: et appendit terrā sup
nichilū. Qui ligat aquas
in nubibꝫ suis: ut nō erum
pant pariter deorsū. Qui te
net vultū solij sui: et expā
dit sup illud nebulā suā.
Terminū circūdedit aquis:
usqꝫ dū finiant lux et tene
bre. Colūpne celi cōtremisc
unt: et pavent ad nutū ei⁹.
In fortitudīe illi⁹ repēte ma
ria cōgregata st: et prudētia
eius pcussit supbū. Spūs
eius ornavit celos: et obste
tricante manu eius edut⁹
est coluber tortuosus. Ecce
hec ex parte dicta sunt vi
arū eius. Et cū vix parvā
stillā sermonis eius audi
erimus: quis poterit toni
truū magnitudīs illius
intueri? Cap xxvij.

Addidit quoqꝫ iob
assumēs pabolā
suam: et dixit. Vivit deus
qui abstulit iudiciū meū.
et oīpotens qui ad amari
tudinē adduxit aīam me
am: quia donec superest

alitus in me. et spūs dei in
naribus meis. nō loquētur
labia mea iniq̄tatē: nec
lingua mea meditabitur
mendaciū. Absit a me: ut
iustos vos esse iudicē. Do
nec deficiā: nō recedam ab
innocentia mea. Iustificati
onē meā quā cepi tenere
nō deserā. Nec enī reprehē
dit me cor meū in omni vi
ta mea. Sicut impius ini
micus meus: et adūsarius
meus quasi iniquus. Que
enī spes est ypocrite. si ava
re rapiat: et nō liberet deus
animā eius? Numquid clamo
rem eius audiet deus: cum
venerit sup eū angustia?
Aut poterit in omnipotēte
delectari: aut invocare de
um in omni tēpore? Doce
bo vos per manū dei quid
omnipotens habeat: nec
abscondā. Ecce vos omnes
nostis: et quid sine causa
vana loquimini? Hec est
pars hominis impij apud
deū: et hereditas violentorum

quam ab omnipotente sus
cipient. Si multiplicati
fuerint filii eius ī gladi
o erūt: et nepotes eius n̄
saturabūtur pane. Qui
reliqui fuerīt ex eo sepeliē
tur in interitu: et vidue
illius non plorabūt. Si
cōportaverit quasi terram
argentū. et sicut lutū p̄pa
raverit vestimēta: p̄para
vit quidē. sed iustus vesti
etur illis: et argentū ino
cens dividet. Edificavit si
cut tinea domū suā: et si
cut custos fecit umbracu
lū. Dives cum dormierit
nichil secū auferet: aperiet
oculos suos et nichil inve
niet. Apprehendet eū quasi
aqua inopia: nocte oppri
met eū tempestas. Tollet
eū ventus urens et auferet:
et velut turbo rapiet eū
de loco suo. Et mittet sup
eū et nō parcet: de manu
eius fugiēs fugiet. Stringet
sup eū manus suas: et sibi
labit super illū intuens

locum eius. Capitul' xxviii.
Habet argentum
venarū suarū
principia: et au
ro locus est in quo cōflat. 2
Ferrū de terra tollitur: et la
pis solutus calore in es v
tit. Tempus posuit tenebris: 3
et universor finē ipse cōside
rat. Lapidē quoque caliginis
et umbrā mortis. Dividit
torrens a p̄plo peregrinātē:
eos quos oblitus est pes e
gentis hominis et invios.
Terra de qua oriebatur panis: 4
in loco suo igne subversa
est. Locus saphiri lapides
eius: et glebe illius aurū.
Semitā ignoravit avis:
nec intuitus est eam ocul⁹
vulturis. Non calcaverūt
eam filii institorū: nec p
transivit per eam leena.
Ad silicē extendit manū su
am: subvertit a radicibus
montes. In petris rivos
scidit: et omne p̄ciosū vidit
oculus eius. Profunda quoque
fluminorū scrutatus est: et

absondita produxit in lu
cem. Sapientia vero ubi ī
uenitur? et quis est locus
intelligētie? Nescit homo
preciū eius: nec inuenitur ī
terra suauiter viuentiū.
Abissus dicit nō est in me:
et mare loquitur nō est me
cum. Nō dabitur aurum
obrizum pro ea: nec appē
detur argentū in cōmuta
tione eius. Non cōferetur
tinctis indie coloribz: nec
lapidi sardonico p̄ciosis
simo vel saphiro. Non
adequabitur ei aurū vel
vitrū? nec cōmutabuntur
pro ea vasa auri excelsa
et eminentia: nō memo
rabūtur cōparatione eius.
Trahitur aūt sapiā de oc
cultis. Non adequabitur
ei topaziū de ethiopia:
nec tincture mūdissime
cōponentur. Unde ergo sa
pientia venit? et quis ē
locus intelligentie? Abs
condita est ab oculis om
niū viuentiū: volucres

quoque celi latet. Perdicio
et mors dixerūt. Auribz
nr̄is audiuimus famā
eius. Deus intelligit vi
am eius: et ip̄e nouit lo
cū illius. Ip̄e enī fines
mūdi intuetur: et omīa q̄
sub celo sunt respicit. Qui
fecit ventis pondus: et a
quas appendit mensura.
Quādo ponebat pluuijs
legē. et viā procellis sonā
tibz? tūc vidit illā et enar
rauit et p̄parauit et inue
stigauit: et dixit homini.
Ecce timor dn̄i ip̄a est sa
pientia: et recedere a ma
lo intelligētia. Capitulum xxix.
Addidit quoque
iob assumens pa
rabolā suā: et
dixit. Quis michi tribu
at ut sim iuxta menses
pristinos? secūdū dies
quibz deus custodiebat
me? Quādo splendebat
lucerna eius sup caput
meū: et ad lumen eius
ābulabā in tenebris. Si

ut fui in diebz adolescē
tie mee. quando secreto de
us erat in tabnaculo meo:
quando erat omnipotens
mecū: et in circuitu meo pu
eri mei. Quādo lauabā pe
des meos butiro: et petra
fundebat michi riuos olei.
Quādo procedebam ad por
tā ciuitatis: et in platea
parabāt cathedrā michi.
Videbāt me iuuenes et abs
condebātur: et senes assur
gentes stabāt. Pricipes ces
sabāt loqͥ: et digitū suppo
nebāt ori suo. Vocem suā
cohibebāt duces: et ligua
eorū gutturi suo adherebat.
Auris audiens btificabat
me: et oculus vidēs testimoniū
reddebat michi. qd liberas
sem pauperē vociferantē.
et pupillū cui nō esset ad
iutor. Benedictio perituri
sup me veniebat: et cor vi
due cōsolatus sum. Iusti
cia indutus sū: et vestiui
me sicut vestimento. et dy
ademate iudicio meo. O

culus fui ceco: et pes claudo.
Pater erā pauperū: et cau
sam quā nesciebā dilige
tissime īuestigabā. Conte
rebā molas iniqui: et de
dentibz illius auferebā pre
dam. Dicebam qz. In ni
dulo meo moriar: et sicut
palma multiplicabo dies.
Radix mea apta est secus
aquas: et ros morabitur
in messione mea. Gloria
mea semp īnouabitur: et ar
cus meus in manu mea
instaurabitur. Qui me au
diebāt expectabāt senten
ciam: et intenti tacebant ad
consiliū meū. Verbis meis
addere nichil audebāt: et sup
illos stillabat eloquiū me
um. Expectabāt me sicut
pluuiā: et os suū aperiebāt
q̄si ad ymbrē serotinū. Si
quando ridebā ad eos nō
credebāt: et lux vultus mei
nō cadebat in terrā. Si vo
luisse ire ad eos: sedebam
primus. Cūqz sederē quasi
rex circūstante exercitu: erā

tamē meum cōsolator.
N Unc Caplm xxx.
autē derident me
iuniores tēpore:
quor non dignabar pa
tres ponere cum canibus
gregis mei. Quor virt9
manuū erat michi pro
nichilo: et vita ipa puta
bant indigni: egestate et
fame steriles. Qui rode
bant in solitudine squa
lentes calamitate et mi
seria: et mandebant her
bas et arborū cortices: et
radix iuniperor erat ci
bus eor. Qui de cōuallib9
ista rapientes: cū singula
repperissent. ad ea cū clamore
currebāt. In desertis habi
tabāt torrentiū: et in ca
uernis terre. vel sup gla
reā. Qui inter huiuscē
modi letabant: et esse
sub sentibus delicias cō
putabāt. Filii stultor et
ignobiliū: et in tra peni
tus nō parentes. Nūc in
eor canticū versus sum:

et factus sum eis prouer
biū. Abhominātur me
et longe fugiūt a me: et
faciē meā conspuere nō
verentur. Pharetrā enī
suā aperuit et afflixit
me: et frenū posuit i os
meū. Ad dexterā orientis
calamitatis mee illico sur
rexerūt. Pedes meos subuer
terūt: et oppresserūt qua
si fluctibz semitis suis.
Dissipauerūt itinera
mea: insidiati sūt michi
et preualuerūt: et nō fuit
qui ferret auxiliū. Quasi
rupto muro et apta ia
nua irruerūt sup me: et
ad meas miserias deuo
luti sūt. Redactus sum i
nichil. Abstulisti quasi
ventus desideriū meū: et
velut nubes ptransijt
salus mea. Nūc autē i
memetipo marcescit a
nima mea: et possident
me dies afflictionis. Noc
te os meū pforatur dolori
bz: et qui me comedunt

non dormiunt. In multi
tudine eorum consumitur
vestimentum meum: et qua
si capicio tunice succinxe
runt me. Comparatus sum
luto: et assimulatus sum
faville et cineri. Clamo
ad te et non exaudis me:
sto et non respicis me. Mu
tatus es michi in crudelem:
et in duricia manus tue
adversaris michi. Elevasti
me: et quasi super ventum
ponens elisisti me valide.
Scio quia morti trades
me: ubi constituta domus
est omni viventi. Verumpta
men non ad consumptionem
eorum emittis manum tuam:
et si corruerint ipse salvabis.
Flebam quondam super eo qui
afflictus erat: et compacie
batur anima mea pauperi.
Expectabam bona: et vene
runt michi mala. Presto
labar lucem: et eruperunt
tenebre. Interiora mea
efferbuerunt absque ulla
requie: prevenerunt me di

es afflictionis. Merens
incedebam: sine furore con
surgens in turba clama
bam. Frater fui draconum:
et socius strucionum. Cutis
mea denigrata est super
me: et ossa mea aruerunt
pre caumate. Versa est in
luctum cythara mea: et or
ganum meum in vocem flen
Pepi Ca. xxxi. tium.
gi fedus cum o
culis meis: ut
ne cogitarem quidem de vir
gine. Quam enim partem ha
beret deus in me desuper: et
hereditatem omnipotens de
excelsis? Numquid non perdicio
est iniquo: et alienatio
operantibus iniusticiam? Nonne
ipse considerat vias meas:
et cunctos gressus meos di
numerat? Si ambulavi
in vanitate. et festinavit
in dolo pes meus: appen
dat me in statera iusta: et
sciat deus simplicitatem
meam. Si declinavit gressus
meus de via. et si secutus

est oculus meus cor me
um. et in manibus meis
adhesit macula: seram
et alius comedat: et pro
genies mea eradicetur.
Si deceptum est cor meum
super mulierem: et si ad os
tium amici mei insidiatus
sum: scortum sit alterius
uxor mea. et super illam incur
vent alii. Hoc enim nephas
est: et iniquitas maxima.
Ignis est usque ad perditio
nem devorans: et omnia
eradicans genimina. Si
contempsi subire iudicium
cum servo meo et ancilla
mea: cum disceptarent
adversum me. Quid enim
faciam cum surrexerit ad
iudicandum deus: et cum quesi
erit quid respondebo illi?
Numquid non in utero fecit
me qui et illum operatus est:
et formavit in vulva v
nus? Si negavi quod vo
lebant pauperibus: et oculos
vidue expectare feci. Si
comedi buccellam meam solus

et non comedit pupillus ex
ea: quia ab infantia cre
vit mecum miseratio: et de
utero matris mee egressa
est mecum. Si despexi pere
untem eo quod non habuerit in
dumentum: et absque operi
mento pauperem. Si non be
nedixerunt mihi latera eius:
et de velleribus ovium mearum
calefactus est. Si levavi
super pupillum manum meam.
etiam cum viderem me in porta
superiorem: humerus meus
a iunctura sua cadat: et
brachium meum cum suis os
sibus confringatur. Semper enim
quasi tumentes super me
fluctus timui deum: et pon
dus eius ferre non potui.
Si putavi aurum robur
meum: et obrizo dixi fiducia
mea. Si letatus sum super
multis divitiis meis: et
quia plurima repperit
manus mea. Si vidi so
lem cum fulgeret. et lunam
incedentem clare: et letatum
est in abscondito cor meum

um. et osculatus sū manū
meā ore meo: que est ini
quitas maxima. et nega
no contᵃ deū altissimū. Si
gauisus sum ad ruinam
eius qui me oderat: et ex
ultaui qꝫ inuenisset eum
malū. Non enī dedi ad
peccandū guttur meum:
ut expeterē maledicens a
nimā eius. Si nō dixerūt
uiri tabernaculi mei: q̄s
det de carnibꝫ eius ut satu
remur. Foris nō mansit pe
regrinus: ostiū meū viato
ri patuit. Si abscondi q̄
si homo peccatū meū: et
celaui in sinu meo iniq̄
tatē meā. Si expaui ad
multitudinē nimiā. et
despectio ꝓpinquorꝫ terru
it me: et nō magis tacui
nec egressus sū ostiū. Quis
michi tribuat auditorē
ut desideriū meū omnipo
tens audiat? et librum
scribat ipse qui iudicat:
ut in humero meo por
tem illū. et circūdem illū

quasi coronā michi? Per
singulos gradus meos
pronūciabo illū: et quasi
principi offerā eum. Si
adūsū me terra mea cla
mat: et cū ipsa sulci eius
deflent. Si fructus eius
comedi absqꝫ pecunia. et
aīam agricolarū eius af
flixi: pro frumēto oriatur
michi tribulus. et pro or
deo spina. Finita sunt ver
ba iob. Cap̄ xxxij.
Omiserunt autē
tres viri isti respō
dere iob: eo q̄d iustus sibi
videretur. Et iratus indig
natus qꝫ heliu filius bara
chel buzites de cognati
one ram: iratus est autē
adūsus iob: eo q̄d iustum
esse se diceret corā deo. Por
ro aduersū amicos eius
indignatus est: eo qꝫ nō
inuenissent responsionē rati
onabilē. sed tantūmodo
condempnassent iob. Igitur
heliu expectauit iob lo
quentē: eo q̄d seniores es

sent qui loquebantur. Cum
aut vidisset qd respondere
nō potuissent: iratus est
vehementer. Respondens
qz heliu filius barachel
buzites dixit. Junior sum
tēpore. vos aut antiqui
ores: idcirco demisso capi
te. veritus sum indicare
vobis sententiā meā. Spe
rabā eni qd etas prolixior
loqueretur: et annorū multi
tudo doceret sapientiam.
Sed ut video spūs est in
hominibz: et inspiratio om
nipotētis dat itelligētiā.
Non sunt lōgevi sapiē
tes: nec senes intelligunt
iudiciū. Ideo dicā. Audi
te me: ostendā vobis etiā
ego meā sapientiā. Exsp
tavi eni sermones vrōs:
audivi prudentiā vestrā.
Donec disceptaremini ser
monibz. et donec putabā
vos aliqd dicere: cōsidera
bam. Sed ut video nō
est qui arguere possit
iob: et respondere ex vobis
sermonibz eius. Ne forte
dicatis invenimus sapiē
tiā: deus proiecit eum nō
homo. Nichil locutus est
michi: et ego nō secundū
vros sermones respōdebo
illi. Extimuerunt et non re
sponderunt ultra: abstule
runt qz a se eloquia. Quo
niā igitur exspectavi et non
sunt locuti. steterunt nec re
sponderunt ultra: respondebo
et ego partē meā: et osten
dam scientiā meā. Plen
sum eni sermonibz: et co
artat me spūs uteri mei.
En venter meus quasi
mustū absqz spiraculo:
quod lagunculas novas
disrumpit. Loquar et respi
rabo paululū: aperiam
labia mea et respondebo.
Nō accipiā psonā viri:
et deum homini non equabo.
Nescio eni qm diu subsis
tā: et si post modicū tollat
me factor meus.

Audi Capitulum xxxiij.
igitur iob eloquia

mea: et omnes sermones me
os ausculta. Ecce aperui
os meum: loquatur lingua
mea in faucibus meis.
Simplici corde meo sermo
nes mei: et sententiam mea
labia mea puram loquentur.
Spiritus dei fecit me: et spi
raculum omnipotentis vivi
ficavit me. Si potes respon
de michi: et adversum faciem
meam consiste. Ecce et me sic
ut et te fecit deus: et de eodem
luto ego quoque formatus
sum. Verumptamen miracu
lum meum non te terreat: et
eloquentia mea non sit tibi
gravis. Dixisti ergo in au
ribus meis: et vocem verbo
rum tuorum audivi. Mundus
sum ego absque delicto imma
culatus: et non est iniquitas
in me. Quia querelas in me
repperit: ideo arbitratus est
me inimicum sibi. Posuit
in nervo pedes meos: cus
todivit omnes semitas me
as. Hoc est ergo in quo non
es iustificatus. Responde
bo tibi quia maior sit deus
homine. Adversum eum contendis:
quod non ad omnia verba respon
derit tibi. Semel loquitur
deus: et secundo idipsum non
repetit. Per sompnium in vi
sione nocturna quando irruit
sopor super homines et dormi
unt in lectulo: tunc aperit
aures virorum. et erudiens eos
instruit disciplina: ut aver
tat hominem ab hiis que facit.
et liberet eum de superbia: eru
ens animam eius a corruptio
ne. et vitam illius ut non trans
eat in gladium. Increpat quoque
per dolorem in lectulo: et omnia
ossa eius marcescere facit.
Abhominabilis ei fit in vita
sua panis: et anime illius
cibus ante desiderabilis. Ta
bescet caro eius: et ossa que
tecta fuerant nudabuntur.
Appropinquavit corruptio
ni anima eius: et vita illius
mortiferis. Si fuerit pro
eo angelus loquens unum de
similibus. ut annunciet hominis
equitatem: miserebitur eius +

dicet. Libera eum: ut non
descendat in corruptionem.
Inveni in quo ei propicier. Con
sumpta est caro eius a sup
pliciis: revertatur ad dies
adolescentie sue. Deprecabitur
deum et placabilis ei erit: et
videbit faciem eius in iubilo:
et reddet homini iusticiam su
am. Respiciet homines:
et dicet. Peccavi et vere de
liqui: et ut eram dignus
non recepi. Liberavit ani
mam suam ne pergeret in inte
ritum: sed vivens lucem videret.
Ecce hec omnia operatur deus
tribus vicibus per singulos:
ut revocet animas eorum a cor
ruptione: et illuminet in luce
viventium. Attende iob et
audi me: et tace dum ego
loquor. Si autem habes quod
loquaris: responde michi.
Loquere. Volo enim te appa
rere iustum. Quod si non habes
audi me: tace et docebo te
sapientiam. Capitulum
Pronuntians xxxiiij.
itaque heliu: etiam
hec locutus est. Audite sa
pientes verba mea: et eru
diti auscultate me. Auris
enim verba probat: et guttur
escas gustu diiudicat. Iu
dicium eligamus nobis: et
inter nos videamus quid
sit melius. Quia dixit iob.
Iustus sum: et deus subver
tit iudicium meum. In iudican
do enim me mendacium est: vi
olenta sagitta mea absque
ullo peccato. Quis est vir ut
est iob qui bibit subsanna
tionem quasi aquam: qui gra
ditur cum operantibus ini
quitatem. et ambulat cum
viris impiis? Dixit enim.
Non placebit vir deo: etiam
si cucurrerit cum eo. Ideo viri
cordati audite me. Absit a
deo impietas: et ab omnipoten
te iniquitas. Opus enim homi
nis reddet ei: et iuxta vias sin
gulorum restituet. Vere enim
deus non condempnabit frus
tra: nec omnipotens subver
tet iudicium. Quem constitu
it alium super terram? aut quem

posuit super orbem quem fabri
catus est? Si direxerit ad
eum cor suum: spiritum illius et
flatum ad se trahet. Deficiet
omnis caro simul: et homo
in cinerem revertetur. Si ergo
habes intellectum audi quod
dicitur: et ausculta vocem elo
quii mei. Numquid qui non a
mat iudicium sanari potest?
Et quomodo tu eum qui iustus
est in tantum condempnas? Qui
dicit regi apostata: qui vo
cat duces impios. Qui non
accipit personas principum:
nec cognovit tirannum cum
disceptaret contra pauperem.
Opus enim manuum eius sunt
universi. Subito morientur:
et in media nocte turbabun
tur populi et pertransibunt:
et auferent violentum absque
manu. Oculi enim eius super
vias hominum: et omnes gressus
eorum considerat. Non sunt tene
bre et non est umbra mortis:
ut abscondantur ibi qui ope
rantur iniquitatem. Neque enim
ultra in hominis potestate est:
ut veniat ad deum in iudici
um. Conteret multos et in
numerabiles: et stare faciet
et alios pro eis. Novit enim
opera eorum: et idcirco inducet
noctem et conterentur. Quasi
impios percussit eos in loco
videntium: qui quasi de indus
tria recesserunt ab eo. et omnes
vias eius intelligere noluerunt:
ut pervenire facerent ad eum
clamorem egeni. et audiret
vocem pauperum. Ipso enim conce
dente pacem: quis est qui con
dempnet? Ex quo absconderit
vultum: quis est qui contem
pletur eum? Et super gentem: et
super omnes homines. Qui reg
nare facit hominem ypocri
tam: propter peccata populi. Quia ergo
ego locutus sum ad deum: te quoque
non prohibebo. Si erravi: tu
doce me. Si iniquitatem locutus
sum: ultra non addam. Numquid
a te deus expetit eam: quia
displicuit tibi? Tu enim ce
pisti loqui: et non ego. Quod
si quid nosti melius: loquere.
Viri intelligentes loquantur

michi: et vir sapiens audi
at me. Iob autem stulte locu
tus est: et verba illius nō
sonant disciplinā. Pater
mi: probetur iob usque ad
finē. Ne desinas ab homine
iniquitatis: quia addit su
per peccata sua blasphemiā.
Inter nos interim constrin
gatur: et tunc ad iudiciū
provocet sermonibus suis
deum. Capitulum xxxv.
Igitur heliu hec rur
sum locutus est. Nū
quid equa tibi videtur tu
a cogitatio: ut diceres iust
ior deo sum? Dixisti enim.
Non tibi placet quod rec
tū est. Vel quid tibi proderit
si ego peccavero? Itaque ego
respondebo sermonibus tuis:
et amicis tuis tecū. Suspi
ce celū et intuere: et contē
plare ethera quod altior te
sit. Si peccaveris: quid ei
nocebis? Et si multiplicate
fuerint iniquitates tue: quid
facies contra eum? Porro
si iuste egeris quid donab
is? aut quid de manu tu
a accipiet? Homini qui
similis tui est nocebit im
pietas tua: et filiū hominis
adiuvabit iustitia tua.
Propter multitudinē calump
niatorum clamabunt: et eiu
labunt propter vim brachii
tyrannorum. Et non dixit ubi
est deus qui fecit me qui de
dit carmina in nocte: qui
docet nos super iumenta terre:
et super volucres celi erudit
nos. Ibi clamabunt: et non
exaudiet propter superbiā ma
lorum. Non enim frustra audiet
deus: et omnipotens singulo
rū causas intuebitur. Etiam
cum dixeris nō considerat:
iudicare corā eo. et expecta
eum. Nunc enim non infert
furorē suū: nec ulciscitur
scelus valde. Ergo iob frustra
aperit os suū: et absque sci
entia verba multiplicat.
Addens Capitulum xxxvi.
quoque heliu hec
locutus est. Sus
tine me paululū: et indi

rabo tibi. Adhuc enim habeo
quod pro deo loquar. Repe
tam scientiam meam a prin
cipio: et operatorem meum pro
babo iustum. Vere enim absque
mendatio sermones mei:
et perfecta scientia probabit
tibi. Deus potentes non
abiciat: cum ipse sit po
tens. Sed non saluat impios:
et iudicium pauperibus tribu
it. Non aufert a iusto ocu
los suos: et reges in solio
collocat in perpetuum: et illic
eriguntur. Et si fuerint in
cathenis et vinciantur
funibus paupertatis: indi
cabit eis opera eorum et scelera
eorum: quia violenti fuerunt.
Reuelabit quoque aurem
eorum ut corripiat: et loquetur
ut reuertantur ab iniquita
te. Si audierint et obserua
uerint: complebunt dies suos
in bono. et annos suos in
gloria. Si autem non audi
erint transibunt per gladium:
et consumentur in stultici
a. Simulatores et callidi
prouocant iram dei: neque cla
mabunt cum vincti fuerint.
Morietur in tempestate anima
eorum: et vita eorum inter effe
minatos. Eripiet paupe
rem de angustia sua: et re
uelabit in tribulatione
aurem eius. Igitur saluabit
te de ore angusto latissime:
et non habentis fundamen
tum subter se. Requies autem
mense tue: erit plena pin
guedine. Causa tua qua
si impii iudicata est: cau
sam iudicium que recipies.
Non te ergo superet ira ut
aliquem opprimas: nec mul
titudo donorum inclinet te.
Depone magnitudinem
tuam absque tribulatione: et
omnes robustos fortitudine.
Ne protrahas noctem: ut ascen
dant populi pro eis. Caue ne de
clines ad iniquitatem: hanc
enim cepisti sequi post mise
riam. Ecce deus excelsus in for
titudine sua: et nullus ei
similis in legislatoribus.
Quis poterit scrutari vias

eius? aut quis ei potest di
cere. operatus es iniquitatem?
Memento quod ignores opus
eius: de quo cecinerunt viri.
Omnes homines vident eum:
et unusquisque intuetur procul.
Ecce deus magnus vincens
scientiam nostram: numerus
annorum eius inestimabilis.
Qui aufert stillas pluvie.
et effundit ymbres ad in
star gurgitum que de nubi
bus fluunt: que pretexunt
cuncta desuper. Si voluerit
extendere nubes quasi ten
torium suum. et fulgurare lu
mine suo desuper: cardines
quoque maris operiet. Per
hec enim iudicat populos:
et dat escas multis morta
libus. In manibus abscondit
lucem: et precipit ei ut rursus
adveniat. Annunciat de ea
amico suo quod possessio eius
sit: et ad eam possit ascendere.

Super Capitulum xxxvii.
hoc expavit cor
meum: et emotum
est de loco suo. Audite au
ditionem in terrore vocis eius:
et sonum de ore illius proce
dentem. Subter omnes celos
ipse considerat: et lumen il
lius super terminos terre. Post
eum rugiet sonitus: tonabit
voce magnitudinis sue:
et non investigabitur cum au
dita fuerit vox eius. Tona
bit deus in voce sua mira
biliter: qui facit magna
et inscrutabilia. Qui pre
cipit nivi ut descendat super
terram: et hyemis pluviis.
et ymbri fortitudinis sue.
Qui in manu omnium homin
signat: ut noverint sin
guli opera sua. Ingredietur
bestia latibulum: et in an
tro suo morabitur. Ab inte
rioribus egredietur tempestas:
et ab arcturo frigus. Flan
te deo concrescit gelu: et rur
sum latissime funduntur
aque. Frumentum desiderat
nubes. et nubes spargunt
lumen suum: que lustrant
per circuitum quocumque eas
voluntas gubernantis ducit.

erit. ad omne quod preceperit
illis super faciem orbis terrarum:
sive in una tribu. sive in
terra sua. sive in quocumque
loco misericordie sue eas iusserit
inveniri. Ausculta hec iob:
sta et considera miracula
dei. Numquid scis quando
preceperit deus pluviis: ut
ostenderent lucem nubium eius?
Numquid nosti semitas nu
bium magnas: et perfectas
scientias? Nonne vestimen
ta tua calida sunt. cum perfla
ta fuerit terra austro? Tu
forsitan cum eo fabricatus
es celos: qui solidissimi
quasi ere fusi sunt. Osten
de nobis quid dicamus il
li. Nos quippe involvimur
tenebris. Quis narrabit
ei que loquor? Etiam si locu
tus fuerit homo: devorabi
tur. At nunc non vident lu
cem. Subito aer cogetur
in nubes: et ventus transi
ens fugabit eas. Ab aquilo
ne aurum venit: et a deo for
midulosa laudatio. Dig
num eum invenire non possu
mus. Magnus fortitudi
ne et iudicio et iustitia: et
narrari non potest. Ideo ti
mebunt eum viri: et non aude
bunt contemplari omnes. qui
sibi videntur esse sapientes.

Responsio. Cap. xxxviij.

Respondens autem dominus iob
de turbine dixit.
Quis est iste involvens
sententias sermonibus im
peritis? Accinge sicut vir
lumbos tuos. Interroga
bo te: et responde michi. V
bi eras quando ponebam
fundamenta terre? Indica
michi si habes intelligentiam.
Quis posuit mensuras eius
si nosti? vel quis tetendit
super eam lineam? Super quo
bases illius solidate sunt? Aut
quis dimisit lapidem angu
larem eius: cum me laudarent
simul astra matutina. et
iubilarent omnes filii dei? Quis
conclusit ostiis mare. quando
erumpebat quasi de vulva
procedens: cum ponerem

nubem vestimentū eius.
et caligine illud quasi pā
nis infancie obuoluerē?
Circūdedi illud terminis
meis: et posui vectē et osti
a. Et dixi. Vsq3 huc venies
et nō procedes amplius: et
hic confringes tumentes
fluctus tuos. Nūq̄d post
ortū tuū precepisti dilu
culo. et ostendisti auro
re locū suū: et tenuisti cō
cutiens extrema terre. et
excussisti impios ex ea?
Restituetur ut lutū signa
culū: et stabit sicut vestimē
tū. Auferet ab impijs lux
sua: et brachiū excelsū cō
fringetur. Nūquid ingres
sus es profunda maris: et
in nouissimis abissi deā
bulasti? Nūquid aperte ti
bi sunt porte mortis: et os
tia tenebrosa vidisti? Nū
quid cōsiderasti latitudi
nem terre? Indica michi si
nosti omnia. in qua via ha
bitet lux. et tenebrarū q̄s
locus sit: ut ducas vnum
quodq3 ad terminos suos?
et intelligas semitas dom̄
eius. Sciebas tunc q̄ nas
citurus esses: et numerū
dierū tuorū noueras? Nū
quid ingressus es thesau
ros niuis. aut thesauros
grandinis aspexisti: que
preparaui in tēpus hostis.
in diem pugne et belli?
Per quā viam spargitur
lux. diuiditur estus sup
terrā? Quis dedit vehem
tissimo ymbri cursum et
viā sonātis tonitrui: ut
plueret sup terrā absq3 ho
mine in deserto. ubi nul
lus mortaliū cōmoratur:
ut impleret inuia et deso
lata. et pduceret herbas
uirentes? Quis est pluuie
pater: vel quis genuit
stillas roris? De cuius u
tero egressa est glacies:
et gelu de celo quis genu
it? In similitudinē lapi
dis aque durant: et sup
fices abissi cōstringitur.
Nūquid coniūgere vale

bis micantes stellas plia
des: aut gyrum arcturi po
teris dissipare? Nunquid
producis luciferum in tempo
re suo: et vesperum sup filios
os terre cõsurgere facis? Nun
quid nosti ordinem celi: et
pones rationem eius i terra?
Nunquid elevabis in nebu
la vocem tuam: et impetus
aquarum operiet te? Nun
quid mittis fulgura et
ibunt: et revertentia di
cent tibi assumus? Quis
posuit in visceribz hois
sapientiam: vel quis dedit
gallo itelligentiam? Quis
enarrabit celorum rationem:
et concentum celi quis dormi
re faciet? Quando funde
bat pulvis in terram: et
glebe compingebantur?
Nunquid capies leene p
dam. et animam catulorum
eius implebis: quando
cubant in antris. et i speci
bz . . . insidiantur? Quis
p. . . parat corvo escam
suam: quando pulli eius
ad deum clamant. vagantes
eo q nõ habeant cibos?

Nunquid Cap. xxxix.
nosti tempus par
tus hybicum in pe
tris: vel parientes cervas
observasti? Dinumerasti
menses conceptus earum: et
scisti tempus partus ea
rum? Incurvantur ad fetum et
pariunt: et rugitus emit
tunt. Separantur filii earum
et pergunt ad pastum: egredi
untur et non revertuntur
ad eas. Quis dimisit o
nagrum liberum: et vincula
eius quis solvit? Cui de
di in solitudine domum: et
tabernacula eius in terra
salsuginis. Cõtempnit mul
titudinem civitatis: clamo
rem exactoris non audit.
Circumspicit mõtes pascue
sue: et virentia queque q̃
rit. Nunquid volet rinoce
ros servire tibi: aut mo
rabit ad psepe tuum? Nun
quid alligabis rinocero
tam ad arandum loro tuo:

aut confringet glebas val
liū post te? Numq̄d fidu
ciam habebis in magna
fortitudīe eius: et derelin
ques ei labores tuos? Nū
quid credes ei quoniā red
dat sementē tibi: et areā
tuā congreget? Penna
strutionis: similis est pē
nis herodii et accipitris.
Quando derelinquit in
terra ova sua: tu forsitā
in pulvere calefacies ea.
Obliviscit̄ q̄ pes conculcet
ea: aut bestie agri cōterāt.
Durat̄ ad filios suos q̄si
non sint sui: frust̄ labora
vit nullo timore cogente.
Privavit enī eam deus
sapientia: nec dedit illi
intelligētiā. Cum tēpus
fuerit in altū alas eriḡ:
deridet equū et ascensorē
eius. Nūq̄d prebebis eq̄
fortitudinē? aut circūda
bis collo eius hinnitū?
Nūquid suscitabis eum
quasi locustas? Gloria
nariū eius terror. Terrā
ungula fodit: exultat
audacter: in occursum
p̄git armatis. Cōtēpnit
pavorē: nec cedit gladio.
Sup ipm̄ sonabit pha
retra: vibrabit hasta et
clipeus. Fervens et fremēs
sorbet terrā: nec reputat
tube sonare clangorem.
Ubi audierit buccinā: di
cet vah. Procul odorat̄
bellū: exhortationē ducū
et ululatū exercitus. Nū
quid p̄ sapientiā tuam
plumescat accipiter: expā
dens alas suas ad austrū?
Aut ad p̄ceptū tuū eleva
bitur aquila: et ī arduis
ponet nidū suū? In petris
manet: et in p̄ruptis sili
cibȝ cōmorat̄. atq; inaccessis
rupibȝ. Inde cōtemplat̄
escā: et de longe oculi eius
prospiciunt. Pulli eius lā
bent sanguinē: et ubicū
q; cadaver fuerit statim
adest. Et adiecit do
minus: et locutus est
ad iob. Nūq̄d qui conten

dit cum deo: tam facile cō
quiescat? Utiqȝ qui argu
it deum: debet respondere
ei. Respōdens autē iob do
mino dixit. Qui leviter
locutus sum. respondere
quid possū? Manū meā
ponā sup os meū. Unum
locutus sum quod utinā
non dixissem: et alterum
quibȝ ultra nichil addā.
R Espondēs Cap xl.
autē dn̄s iob de
turbīe ait. Accin
ge sicut vir lumbos tuos.
interrogabo te: et indica m̄.
Numquid irritū facies iudi
ciū meū: et condēpnabis
me ut tu iustificeris? Et si
habes brachiū sicut deus.
et si simili tonas voce: cir
cūda tibi decorē et ī sblime
erigē: et esto gloriosus. et
speciosis induere vestibus.
Disp̄ge sup̄bos furore tu
o: et respiciens omnē ar
rogantē humilia. Respice
cunctos sup̄bos et cōfunde
eos: et contere impios in

loco suo. Absconde eos in
pulvere simul: et facies eoꝝ
demerge in foveā: et ego cō
fitebor ꝙ salvare te possit
dextera tua. Ecce behemoth
quē feci tecū: fenū quasi bos
comedet. Fortitudo eius ī lū
bis eius: et virtus illius in
umbilico vētris eius. Con
stringit caudā suā quasi
cedrū: nervi testiculoꝝ eius
ꝑplexi sunt. Ossa eius velut
fistule eris: cartilago illius
quasi lamine ferree. Ipse
principiū est viarū dei. Q
fecit eum: applicabit gla
diū eius. Huic montes h
bas ferunt: omēs bestie a
gri ludent ibi. Sub umb
dormit: in secreto calami.
et in locis humentibȝ. Pro
tegūt umbre umbrā eius:
circūdabūt eum salices tor
rentis. Ecce absorbebit flu
viū et nō mirabitur: et habet
fiduciā ꝙ influat iordanis
in os eius. In oculis eius
quasi hamo capiet eū: et
in sudibȝ ꝑforabit nares

eius? An extrahere poteris
leviathan hamo: et fu-
ne ligabis linguam eius?
Numquid pones circulum in
naribus eius: et armilla
perforabis maxillam eius?
Numquid multiplicabit
ad te preces: aut loquetur
tibi mollia? Numquid feriet
tecum pactum: et accipies eum
servum sempiternum? Numquid
illudes ei quasi avi: aut
ligabis eum ancillis tuis?
Concident eum amici: divi-
dent illum negociatores?
Numquid implebis sage-
nas pelle eius: et gurgu-
stium piscium capite illius?
Pone super eum manum tuam.
Memento Capitulum xli.
belli: nec addas
ultra loqui. Ecce
spes eius frustrabitur eum:
et videntibus cunctis precipi-
tabitur. Non quasi crude-
lis suscitabo eum. Quis enim
resistere potest vultui me-
o? Quis ante dedit michi
ut reddam ei? Omnia que sub
celo sunt: mea sunt. Non par-
cam ei verbis potentibus:
et ad deprecandum compositis.
Quis revelabit faciem in-
dumenti eius: et in me-
dium oris eius quis intrabit?
Portas vultus eius quis
aperiet? Per gyrum dentium
eius formido. Corpus illius
quasi scuta fusilia: et com-
pactum squamis se prementi-
bus. Una uni coniungitur:
et ne spiraculum quidem
incedit per eas. Una alteri
adherebunt: et tenentes se
nequaquam separabuntur. Ster-
nutatio eius splendor
ignis: et oculi eius ut pal-
pebre diluculi. De ore eius
lampades procedunt: sicut te-
de ignis accense. De na-
ribus eius procedit fumus:
sicut olle succense atque
ferventis. Halitus eius
prunas ardere facit: et
flamma de ore eius egredi-
tur. In collo eius mora-
bitur fortitudo: et faciem
eius precedet egestas. Mem-

bra carniũ eius coherẽtia
sibi. Mittet contra eũ fulmi
na: et ad locũ aliũ non
ferentur. Cor eius indura
bitur quasi lapis: et strin
getur quasi malleatoris
incus. Cum sublatus fu
erit timebũt angeli: et
territi purgabunt. Cũ
apprehenderit eũ gladius:
subsistere nõ poterit neqꝫ
hasta neqꝫ thorax. Repu
tabit eũ quasi paleas
ferrũ: et quasi lignũ pu
tridũ es. Non fugabit eũ
vir sagittarius: in stipu
lam versi sũt ei lapides
funde. Quasi stipulam
estimabit malleũ: et de
ridebit vibrantẽ hastã.
Sub ipo erũt radii solis:
sternet sibi aurũ quasi
lutũ. Feruescere faciet q̃
si ollã ꝓfundũ maris:
et ponet quasi cũ vnguẽ
ta bulliũt. Post eũ lucebit
semita: estimabit abissũ
quasi senescentẽ. Non est
sup terrã potestas q̃ cõpa
retur ei: qui factus est ut nul
lũ timeret. Omne sublime
videt: ipse est rex sup oms
filios supbie. Ca xlii.

Respõdẽs autẽ
iob dño. dixit. Sci
o quia oĩa potes: et nul
la te latet cogitatio. Quis
est iste qui celat cõsiliũ absqꝫ
scientia? Ideo insipiẽter locu
tus sum: et que ultra mo
dũ excederẽt scientiã meã.
Audi et ego loquar: interro
gabo: et ostende michi. Au
ditu auris audiui te: nũc
autẽ oculus meus videt
te. Idcirco ipse me reprehẽdo:
et ago penitentiã in fauil
la et cinere. Postq̃ aũt locut
est dñs verba hec ad iob:
dixit ad eliphaz themani
tẽ. Iratus ẽ furor meus
in te. et in duos amicos
tuos: quoniã nõ estis lo
cuti corã me rectũ sicut ser
uus meus iob. Sumite
igitur vobis septẽ tauros ⁊
septẽ arietes: et ite ad ser
uũ meũ iob: et offerte ho




locutus sum pro vobis. Iob autem servus meus orabit pro vobis. Faciem eius suscipiam: ut non vobis imputetur in stulticiam. Neque enim locuti estis ad me recta: sicut servus meus iob. Abierunt ergo eliphaz themanites. et baldad suites. et sophar naamathites: et fecerunt sicut locutus fuerat ad eos dominus. Et suscepit dominus faciem iob. Dominus quoque conversus est ad penitentiam iob: cum oraret ille pro amicis suis. Et addidit dominus omnia quecumque fuerant iob duplicia. Venerunt autem ad eum omnes fratres sui. et universe sorores sue. et cuncti qui noverant eum prius: et comederunt cum eo panem in domo eius. et moverunt super eum caput: et consolati sunt eum super omni malo quod intulerat dominus super eum. Et dederunt ei unusquisque ovem unam: et inaurem auream unam. Dominus autem benedixit novissimis

iob: magis quam principio eius. Et facta sunt ei quatuordecim milia ovium. et sex milia camelorum: et mille iuga boum. et mille asine. Et fuerunt ei septem filii: et filie tres. Et vocavit nomen unius diem: et nomen secunde casiam: et nomen tercie cornustibii. Non sunt autem invente mulieres speciose sicut filie iob: in universa terra. Deditque eis pater suus hereditatem inter fratres earum. Vixit autem iob post hec centum quadraginta annis: et vidit filios suos. et filios filiorum suorum usque ad quartam generationem: et mortuus est senex et plenus dierum.


Explicit liber iob. Incipit prologus sancti ieronimi presbiteri in librum thobie.



C hro...
...mo et
helio...
doro e...
pisco...
pis:







Hieronimus presbiter in
dño salutē. Mirari non
desino exactionis vrē in
stanciā. Exigitis enī ut
librū chaldeo sermone cō
scriptū: ad latinū stilum
traham. Librū utiqȝ thobi
e quē hebrei de cathalogo
diuinarū scripturarū se
cantes: hys que agiogra
pha memorāt māciparūt.
Feci satis desiderio vrō: nō
tamē meo studio. Argu
unt enī nos hebreor stu
dia: et imputant nobis
contra suū canonē lati
nis auribꝫ ista transferre.
Sed melius esse iudicans
phariseor displicē iudicio.
et episcopor iussionibꝫ de
seruire: institi ut potui. Et
quia vicina est chaldeor
lingua sermoni hebrai
co: utriusqȝ lingue peri
tissimū loquacē repperiēs
unius diei laborē arripu
i: et quicquid ille michi he
braicis verbis expressit. h
ego accito notario sermo
nibꝫ latinis exposui. Ora
tionibꝫ vrīs mercedē huius o
peris cōpensabo: cū gratū
vobis didicero me quod
iubēre estis dignati com
plesse. Explicit prolog. Incip
liber thobie: secundū iero
nimū.



Thobias
ex tribu
et ciui
tat. e
nepta
lim. q̄
est in superioribꝫ galilee
supra naason. post viā
que ducit ad occidentem.
in sinistro habens ciuita
tē sephet: cū captus esset
in diebus salmanas
sar regis assiriorum
[illegible] in captiuitate ta
men positus viā verita
tis non deseruit: ita ut ō
nia que habere poterat
cotidie cōcaptiuis fribꝫ
qui erāt ex genere suo i
partiret. Cūqȝ esset iuni
or omnibꝫ in tribu nepta

lum: nichil tamē puerile ges
sit in opere. Deniq3 cū irēt
oēs ad vitulos aureos
quos hieroboā fecerat rex isra
el: hic solus fugiebat cōsor
cia omniū. et pgebat ad ihe
rusalē ad tēplū dn̄i: et ibi
adorabat dn̄m deū israel.
omīa primitiua sua et deci
mas suas fidelit̄ offerens:
ita ut in tercio ā̄no pselit
us et aduenis ministraret ō
nem decimationē. Hec et
hijs similia: scd̄m legem
dei puerulus obseruabat.
Cū vero factus fuisset vir.
accepit uxorē annā de tribu
sua: genuitq3 ex ea filiū. no
men suū imponēs ei. Quē
ab infancia timere deū do
cuit: et abstine̊ ab omī pctō.
Igitur cū p captiuitatē deue
nisset cū uxore sua et filio
in ciuitatē niniue cū omni
tribu sua. et oēs ederent
ex cibis gentiliū: iste custo
diuit aīam suā: et nūq̄m
cōtaminatus est in escis
eoꝝ. Et q̄m memor fuit dn̄i
in toto corde suo: dedit illi
deus graciā in cōspcū sal
manasar regis: et dedit
ei potestatē quocūq3 vellet
ire: habens libertatē quecū
q3 facere voluisset. Pgebat
ergo per oēs qui erant i
captiuitate: et monita sa
lutis dabat eis. Cum aūt
venisset in rages ciuitatē
medorū. et ex hijs quib3
honoratus fuerat a rege
habuisset decē talenta ar
genti: et cū multa turba
generis sui gabelū egentē
videret qui erat ex tribu eius
sub cyrographo dedit illi
memoratū pondus arge
ti. Post mltū vero tēporis
mortuo salmanasar re
ge cū regnaret sennache
rib filius eius pro eo. et fi
lios isrl̄ exosos haberet i
cōspectu suo: thobias p
gebat p omnē cognationē
suā et cōsolabat̄ eos: diui
debat q3 uniuicuiq3 prout
poterat de facultatib3 suis.
Esurientes alebat: nudis

q; vestimēta p̄bebat: et mor
tuis atq; occisis sepulturā
sollicitus exhibebat. Deni
q; cū reu͛sus esset rex sennā
cherib. fugiens a iudea pla
gam quā circa eū deus fece
rat propter blasphemiā
suā: et iratus multos occi
deret ex filijs isrl͛: thobias
sepeliebat corpora eorū.
At ubi nūciatū est regi. ius
sit eū occidi: et tulit omnem
substantiā eius. Thobias ve
ro cū filio suo et cū uxore fu
giens. nudus latuit: quia
multi diligebāt eū. Post di
es vero quadragitaquinq;:
occiderūt regē filij ipsius. Et
reu͛sus est thobias ad domū
suā: omnis q; facultas eius
restituta est ei. Capl̄m. ij.

Post hec vero cum
esset dies festus do
mini. et factū esset
prandiū bonū in domo
thobie: dixit filio suo. Va
de et adduc aliquos de tri
bu n͞ra timētes deū: et epu
lentur nobiscū. Cumq; abisset:
reu͛sus nūciauit ei unū ex fili
is isrl͛ iugulatū iacere in
platea. Statim q; exiliēs
de accubitu suo: relinquēs
prandiū ieiunus peruenit
ad corpus. Tollēs q; illud
portauit ad domū suā oc
culte: ut dū sol occubuisset
caute sepeliret eū. Cumq; occul
tasset corpus: māducauit
panem cū luctu et tremore:
memorās illū sermonē quē
dixit dn̄s per amos p͞pham.
Dies festi v͞ri: cōuertentur in
lamentationē et luctū. Cū
vero sol occubuisset: abijt et
sepeliuit eū. Arguebāt aūt
illū omēs proximi sui dicē
tes. Iam huius rei causa in
terfici iussus es. et vix effu
gisti mortis imperiū: et ite
rū sepelis mortuos? Sed tho
bias plus timens deū q̄m
regem: rapiebat corpora
occisor. et occultabat ī do
mo sua: et medijs noctib;
sepeliebat ea. Contigit aūt
ut quadā die fatigatus a
sepultura. veniens domum

iactasset se iuxta parie
tem et obdormisset: ex
nido hyrundinu͠ dormi
enti illi calida stercora i͠
ciderent sup oculos eius:
fieret q͡ cecus. Hanc aut͠
temptacione͠ ideo p͠misit
dn͠s evenire illi: ut poste
ris daret exemplu͠ pacie͠
eius sicut et sancti iob. Na͠
cu͠ ab infancia sua sep
deu͠ timuerit. et ma͠data
eius custodierit: no͠ est
co͠tristatus cont͠ deu͠ q͡
plaga cecitatis evenerit
ei: sed i͠mobilis in dei timo
re p͠mansit. agens gr͠as
deo o͠ibus dieb; vite sue.
Na͠ sicut beato iob insul
tabant reges: ita isti pare͠
tes et cognati eius: et irri
debant vita͠ eius dicentes.
Ubi est spes tua: pro qua
elemosinas et sepulturas
tuas faciebas? Thobias
vero increpabat eos dicens.
Nolite ita loqui: quia͠
filii scor͠ sumus: et vita͠
illa͠ exspectamus qua͠ deus
daturus est hiis qui fidem
sua͠ nu͠qua͠ mutant ab eo.
Anna vero uxor eius ibat
ad textrinu͠ opus cotidie:
et de labore manuu͠ suaru͠
victu͠ que͠ co͠sequi po
tuisset deferebat. Unde
factu͠ est: ut hedu͠ capra
ru͠ accipiens detulisset
domi. Cuius cu͠ voce͠ ba
lantis vir eius audisset:
dixit. Videte ne furtiuus
sit. Reddite eu͠ dn͠is suis:
quia no͠ licet nobis aut
edere ex furto aliquid aut
contingere. Ad hec uxor eius
irata respondit. Manifeste
vana facta est spes tua:
et elemosine tue modo pa
ruerunt. Atq͡ hiis et aliis hu
iuscemodi verbis exprou
Capitulum iij. bat ei.
Tunc thobias ige
muit: et cepit o
rare cum lacrimis dicens.
Iustus es dn͠e: et om͠ia iu
dicia tua iusta sunt: et o͠
nes vie tue mi͠a et veritas
et iudiciu͠. Et nu͠c dn͠e me

mor esto mei: ne vindictam
sumas de peccatis meis. neque
reminiscaris delicta mea vel
parentum meorum: quoniam
non obedivimus preceptis tu-
is: et traditi sumus in direp-
tionem et captivitatem et mor-
tem. et in fabulam. et impropе-
rium omnibus nationibus in quibus
dispersisti nos. Et nunc domine
magna iudicia tua: quia
non egimus secundum precepta
tua: et non ambulavimus sin-
ceriter coram te. Et nunc domine se-
cundum voluntatem tuam fac me-
cum: et precipe in pace recipi
spiritum meum. Expedit enim mi-
chi mori magis quam vivere.
Eadem itaque die contigit ut
sara filia raguel in civita-
te medorum. et ipsa audiret
improperium ab una ex ancil-
lis patris sui: quoniam tradita
fuerat septem viris: et demo-
nium nomine asmodeus occiderat
eos. mox ut ingressi fuissent
ad eam. Ergo cum pro culpa
sua increparet puellam: re-
spondit ei dicens. Amplius
ex te non videamus filium aut fi-
liam super terram: interfectrix viro-
rum tuorum. Numquid et me oc-
cidere vis. sicut etiam occidisti
iam septem viros? Ad hanc vo-
cem perrexit in superiori cubicu-
lo domus sue: et tribus diebus et tri-
bus noctibus non manducavit
neque bibit: sed in oratione persi-
stens lacrimis deprecabatur deum
ut ab isto improperio liberaret
eam. Factum est autem tercia die cum
compleret orationem: benedicens dominum
dixit. Benedictum est nomen tuum
deus patrum nostrorum: qui cum ira-
tus fueris misericordiam facies:
et in tempore tribulationis
peccata dimittis hiis qui
invocant te. Ad te domine fa-
ciem meam converto: ad te ocu-
los meos converto. Peto do-
mine ut de vinculo impropе-
rii huius absolvas me: aut
certe de super terram eripias me.
Tu scis domine quia numquam concu-
pivi virum: et mundam servavi
animam meam ab omni concupis-
centia. Numquam cum ludentibus
miscui me: neque cum hiis qui

in leuitate ambulātibus partici-
pē me p̄bui. Virū aūt cū
timore tuo: nō cum libidi-
ne mea consensi suscipere.
Et aut ego indigna fui il-
lis: aut illi forsitan michi
digni nō fuerūt: q̄a forsi-
tan viro alio cōseruasti
me. Nō est enī in hominis
potestate cōsiliū tuū. Hoc
aūt pro certo habet omis
qui colit te: quia vita eius
si in probatione fuerit co-
ronabit. Si aūt in tribula-
tione fuerit: liberabit. Et si
in correptione fuerit: ad mi-
sericordiā tuā venire li-
cebit. Nō enī delectaris in
pditionibz nostris: q̄a
post tempestatē trāquillū
facis: et post lacrimationē
et fletū. exultationē infun-
dis. Sit nomē tuū deus is-
rael bndictū in secula. In
illo tēpore exaudite sunt
p̄ces ambor. in cōspectu
glorie summi dei: et missus
est āgelus dnī sanctus
raphael ut curaret eos
ambos: quor uno tēpore
sunt orōnes in conspectu do-
mini recitate. Capitulū iiij.
Igitur cū thobias pu-
taret orōnē suā exau-
diri. ut mori potuis-
set: vocauit ad se thobiā
filiū suū: dixit q̄z ei. Audi
fili mi verba oris mei: et ea
in corde tuo quasi fundamē-
ta cōstrue. Cū acceperit de-
us aīam meā. corpus meū
sepeli: et honorē habebis
matri tue oībus diebus
vite eius. Memor enī esse
debes: que et q̄nta pericu-
la passa sit pp̄ter te in ute-
ro suo. Cū aūt et ipa cōple-
uerit tēpus vite sue: sepeli-
es eā circa me. Omibz aūt
diebz vite tue in mente ha-
beto dnm: et caue ne q̄n-
do peccato cōsentias: et p-
termittas p̄cepta dei nri.
Ex substantia tua fac ele-
mosinā: et noli auertere
faciē tuā ab ullo paupe-
re. Ita enī fiet: ut nec a te auer-
tat faciem dni. Quomodo

potueris: ita esto misericors.
Si multū tibi fuerit abun
dant̄ tribue: si exiguū fuīt.
etiā exiguū libenter impar
tiri stude. Premiū eni bonū
tibi thesaurizas in die neces
sitatis: qm̄ elemosina ab
omī pctō et a morte liberat:
et nō patiet̄ aīam ire in te
nebras. Fiducia magna erit
corā sūmo deo elemosina:
oībz facientibz eā. Attende tibi
fili ab omī fornicatiōe: et
pt̄er uxorē tuā nūqm̄ patia
ris crimē scire. Supbiā nūqm̄
in tuo sensu aut ī tuo verbo
dñari pmittas. In ipa eni
initiū sūpsit omīs pditio.
Quicūqz tibi aliquid opat̄
fuerit. statī mercedē ei restitue:
et merces mercenarij tui nō
apud te om̄o maneat. Qd̄
ab alio odis fieri tibi: vide ne
alteri tu aliqn̄do facias. Pa
nē tuū cū esurientibz et egenis
comede: et de vestimētis tuis
nudos tege. Panē tuū et vinū
tuū sup sepulturā iusti con
stitue: et noli ex eo mādūca
re et bibere cū pctōribz. Cōsili
um semp a sapiente pquire.
Omī tēpore bndic deū: et pe
te ab eo ut vias tuas dirigat:
et omīa cōsilia tua in ipso
pmaneat. Indico etiā tibi fi
li mi. dedisse me decē talenta
argēti dū infantulus esses
gabelo in rages ciuitate me
dorū: et cyrographū eius apd
me habeo. Et ideo pquire quō
ad eū puenias. et recipias
ab eo supra memoratū pōdus
argēti: et restituas ei cyrogra
phū suū. Noli timere fili mi.
Pauperē quidē vitā gerim᷒:
sed multa bona habebimus
si timuerimus deū. et recesseri
mus ab omī pctō. et fecerim᷒
bene. Capitlm̄ quītū.

Tunc thobias respō
dit patri suo: et dixit.
Omīa quecūqz pcepisti michi:
faciā pater. Quomō autem
hanc pecuniā inquirā igno
ro. Ille me nescit: et ego illum
ignoro. Qd̄ signū dabo ei?
Sed neqz viā per quā pgatur
illuc aliqn̄do cognoui. Tūc

pater suus respōdit illi: et
dixit. Cyrographū quidē
illius penes me habeo: qd
dū illi ostenderis. statim re
stituet. Sed pge nūc et inq̄re
tibi aliquē fidelē virū. qui e
at tecū salua mercede sua.
dū adhuc viuo: ut recipias
eam. Tūc egressus thobias ī
uenit iuuenē splendidū stā
tem. p̄cinctū: et quasi patū
ad ambulandū. Et ignorās
qd angelus dei esset: saluta
uit eū et dixit. Unde te habe
mus bone iuuenis? At ille
respondit. Ex filiis israel. Et
thobias dixit ei. Nosti viā
que ducat in regionē medo
rū? Cui respondit. Noui: et
oīa itinera eius frequent
ābulaui: et mansi apud
gabelū fratrē nrm qui mo
ratur in rages ciuitate me
dorū que posita est ī mōte
egbathanis. Cui thobias a
it. Sustine me obsecro: donec
hec ipa nūciem patri meo.
Tūc ingressus thobias: idi
cauit vniuersa hec patri suo.

Sup que admirat9 pater: ro
gauit ut introiret ad eum.
Ingressus itaqz: salutauit
eum et dixit. Gaudiū tibi se
per sit. Et thobias ait. Qua
le michi gaudiū erit. qui ī
tenebris sedeo: et lumē celi
nō video? Cui ait iuuenis.
Forti animo esto: in proxio
est ut a deo cureris. Dixit ita
qz illi thobias. Nūquid po
teris pducere filiū meū ad gabe
lū in rages ciuitatē medorū?
Et cū redieris: restituā tibi
mercedē tuā. Et dixit ei āgel?
Ego ducā et reducā eū ad te.
Cui thobias respondit. Rogo
te indica michi: de qua domo
aut de qua tribu es tu. Cui
raphael āgelus dixit. Geni?
q̄ris mercenarii? an ipsum
mercenariū qui cum filio
tuo eat? Sed ne forte sollici
tū te reddam: ego sum azari
as ananie magni filius.
Et thobias respondit. Ex
magno genere es tu. Sed pe
to ne irascaris: qd voluerī
cognoscere genus tuū. Dixit

ait illi angelus. Ego sanum
ducam: et sanum tibi reducam
filium tuum. Respondens autem
thobias dixit. Bene ambule
tis: et sit deus in itinere vestro:
et angelus eius comitetur vo
biscum. Tunc paratis omnibus que
erant in via portanda: fecit
thobias vale patri suo et ma
tri sue: et ambulaverunt ambo
simul. Cumque profecti essent:
cepit flere mater eius et dicere.
Baculum senectutis nostre tulisti:
et transmisisti a nobis. Num
quam esset ipsa pecunia. pro qua
misisti eum. Sufficiebat no
bis paupertas nostra: ut divitias
computaremus hoc quod vide
bamus filium nostrum. Dixitque
thobias. Noli flere. Salvus
perveniet filius noster et salvus
revertetur ad nos: et oculi tui
videbunt eum. Credo enim quod an
gelus dei bonus comitetur
ei: et bene disponat omnia
que circa ipsum geruntur: ita
ut cum gaudio revertatur ad nos.
Ad hanc vocem cessavit mater
eius flere: et tacuit. Cap. vi.

Profectus est autem
thobias. et canis
secutus est eum: et man
sit prima mansione iuxta
fluvium tygris. Et exivit ut la
varet pedes suos: et ecce piscis
immanis exivit ad devoran
dum eum. Quem expavescens tho
bias: clamavit voce magna
dicens. Domine invadit me. Et
dixit angelus. Apprehende
branchiam eius: et trahe eum
ad te. Quod cum fecisset. at
traxit eum in siccum: et pal
pitare cepit ante pedes eius.
Tunc dixit ei angelus. Ex
entera hunc piscem: et cor eius
et fel. et iecur. repone tibi. Sunt
enim hec necessaria ad medi
camenta utiliter. Quod cum fe
cisset. assavit carnes eius: et
secum sustulerunt in via. Cetera
salierunt que sufficerent eis: quo
usque pervenirent in rages civi
tatem medorum. Tunc interrogavit
thobias angelum: et dixit ei.
Obsecro te azaria frater: ut
dicas mihi quod remedium ha
bebunt ista que de pisce serva

te misisti. Respondens qz dixit
ei. Cordis eius particulā si su
per carbones ponas: fumus
eius extricat omē genus demo
niorum. siue a viro siue a mulie
re. ita ut ultra nō accedat ad
eos. Et dixit ei. Ubi vis ut ma
neam? Respōdens qz āgelus
ait. Est hic raguel nomine
propinquus vir de tribu tua:
et hic habet filiā nōie sarā:
sed neqz masculū neqz femi
nā ullū habet aliū preter eā.
Tibi debetur omīs substātia
eius: et oportet eā te accipe cō
iugē. Pete ergo eam a patre
eius: et dabit tibi eam uxorē.
Tunc respondit thobias et
dixit. Audio quia tradita ē
viris septē: et mortui sūt. Sed
et hoc audivi: quia demoni
um illos occidit. Timeo ergo
ne forte et michi hec eveniat:
et cū sim unicus parentibz me
is. deponā senectutē illorū cū
tristicia ad inferos. Tūc an
gelus raphael dixit ei. Audi
me: et ostendā tibi q̄ sūt qbz
potest p̄valere demonium. Hy
nāqz qui cōniugiū ita suscipi
unt ut deū a se mente sua ex
cludant: et sue libidini ita
vacent. sicut equus et mulus
ī quibz nō est intellectus: ha
bet potestatē demonium super
eos. Tu aūt cum acceperis ea.
ingressus cubiculū. per tres
dies cōtinens esto ab ea: et
nichil aliud nisi orōnibz va
cabis cū ea. Ipā aūt nocte ī
censo iecore piscis: fugabitur
demonium. ~~Secunda vero nocte~~
Secunda vero nocte: ī copu
latione sanctor patriarchā
admitteris. Tercia aūt nocte
bñdictionē consequeris: ut fi
lii ex vobis icolumes procre
tur. Transacta aūt tercia noc
te. accipies virginē cum timo
re dñi: amore filiorū magis q̄
libidine ductus: ut in semine
abrahe bñdictionē in filiis
consequaris. Capitulum vii.

Ingressi sūt autē ad
raguelē: et suscepit e
os raguel cū gaudio.
Intuens qz thobiā raguel:
dixit anne uxori sue. Quā si

milis est iuuenis iste conso
brino meo. Et cũ hec dixisset:
ait. Unde estis iuuenes fr̃es
nr̃i? At illi dixerũt. Ex tribu
neptalim sum⁹: ex captiui
tate niniue. Dixit q̃ eis ra
guel. Nostis thobiã fratrẽ
meũ? Qui dixerũt. Nouim⁹.
Cũq̃ multa bona loq̃retur
de eo: dixit angelus ad ra
guel. Thobias de quo īterro
gas: pater huius est. Et mi
nūq̄m biberat in vita sua.

Ut aūt Caplm xiij.
sero factū est: festi
naverunt servi illi
ad hospicia sua. Et cōclusit
vagao ostia cubiculi: et abi
it. Erant aūt oēs fatigati

a vino. Erat q3 iudith sola
in cubiculo. Porro holofer
nes iacebat in lecto: nimi
a ebrietate sopitus. Dixit
q3 iudith puelle sue: ut sta
ret foras ante cubiculū et
observaret. Stetit q3 iudith
ante lectū orans cū lacrimis:
et labior motu in silentio
dicens. Confirma me dn̄e
deus israel. et respice ī hac
hora ad opa manuū me
arū: ut sicut ꝓmisisti ihe
rusalē civitatē tuā erigas:
et hoc quod credens per te
posse fieri cogitavi ꝑficiā.
Et cū hec dixisset: accessit
ad columpnā que erat ad
caput lectuli eius: et pugi
onē eius qui in ea ligat᷒
pendebat exsolvit. Cumq3
evaginasset illū: apphen
dit comā capitis eius et
ait. Confirma me dn̄e de᷒
israel in hac hora. Et ꝑcus
sit bis in cervicē eius: et
abscidit caput eius. Et abs
tulit conopeū eius a colup
nis: et evolvit corpus eius

truncū. Et post pusillū ex
ivit: et tradidit caput ho
lofernis ancille sue: et iussit
ut mitteret illud in peram
suā. Et exierunt due secundū
cōsuetudinē suā quasi ad
orationē: et transierunt castra.
Et gyrantes vallē: venerunt
ad portā civitatis. Et dixit
iudith a longe custodibus
murorū. Aperite portas:
quoniam nobiscū est deus qui fe
cit virtutē in israel. Et factū
est cū audissent viri vocē
eius: vocaverunt presbiteros
civitatis. Et concurrerunt ad
eam omnes a minimo usq3
ad maximū: quoniam sperave
runt eā iam nō esse ventu
ram. Et accendentes luminaria
congyraverunt circa eam
universi. Illa autem ascendens
in eminentiorē locū: iussit
fieri silentiū. Cumq3 omnes
tacuissent: dixit iudith.
Laudate dominū deū nostrū
qui nō deseruit sperantes
in se: et in me ancillā suā
adimplevit misericordiam

suã. quã pcussit dominu isrl:
et interfecit in manu mea
hostẽ ipsi sui in hac nocte.
Et proferens de pera caput
holofernis: ostendit illis
dicens. Ecce caput holofer
nis pĩcipis milicie assirio
rũ: et ecce conopeũ illius ĩ
quo recũbebat in ebrietate
sua: ubi et per manũ femi
ne pcussit illũ dñs deus nr̃.
Vivit aut̃ ipẽ dñs: qm cu
stodivit me angelus eius. ⁊
hinc euntẽ. et ibi cõmorãtẽ.
et inde huc revertentẽ: et non
pmisit me dñs ancillã suã
coinquinari: sed sine pollu
tione peccati revocavit me
vobis. gaudentẽ in victoria
sua. in evasione mea. in li
beratione vr̃a. Confitemĩ
illi omñes qm bonus: qm
in seculũ mĩa eius. Univ̄
si aut̃ adorãtes dñm: dixe
runt ad eam. Benedixit te do
minus in virtute sua: q̄a
per te ad nichilũ redegit ini
micos nr̃os. Porro ozias
princeps ppli israel dixit

ad eam. Benedicta es tu filia
a dño deo excelso: pre oĩbꝰ
mulieribꝫ sup terrã. Bñdc̃s
dñs qui creavit celũ et t̃rã:
qui te direxit in vulnera ca
pitis pñcipis ĩimicorũ nr̃o
rũ: quia hodie nomẽ tuũ
ita magnificavit. ut non
recedat laus tua de ore ho
minũ qui memores fuerĩt
virtutis dñi in eternũ: pro
quibꝫ nõ pepcisti aĩe tue.
propt̃ angustias ⁊ tribula
tionẽ generis tui: sed subve
nisti ruine ante conspectum
dei nr̃i. Et dixit omñs pplus:
fiat fiat. Porro achior vo
catus venit: et dixit ei. Deꝰ
israel cui tu testimoniũ dedis
ti qd̃ ulciscat̃ se de ĩimicis
suis: ipse caput omnium
ĩcredulorũ ĩcidit in hac noc
te in manu mea. Ut probes
quia ita est: ecce caput ho
lofernis qui in cõtemptu
supbie sue deũ israel cõtẽp
sit. et tibi ĩteritũ minaba
tur dicẽs. Cum captus fu
erit pplus israel: gladio p

forari praecipiam latera tua. Videns autem achior caput holofernis: angustiatus prae pavore cecidit in faciem suam super terram: et estuavit anima eius. Postea vero quam resumpto spiritu recreatus est: procidit ad pedes eius. et adoravit eam et dixit. Benedicta tu deo tuo in omni tabernaculo iacob: quoniam in omni gente quae audierit nomen tuum magnificabitur deus israel super te. Capitulum xiiii.

Dixit autem iudith ad omnem populum. Audite me fratres. Suspendite caput hoc super muros nostros: et erit cum exierit sol accipiat unusquisque arma sua. et exite cum impetu: non ut descendatis deorsum. sed quasi impetum facientes. Tunc exploratores necesse erit ut fugiant ad principem suum excitandum ad pugnam. Cumque duces eorum cucurrerint ad tabernaculum holofernis. et invenerint eum truncum in suo sanguine volutatum: decidet super eos timor. Cumque cognoveritis fugere eos: ite post illos securi: quoniam dominus conteret eos sub pedibus vestris. Tunc achior videns virtutem quam fecit deus israel. relicto gentilitatis ritu credidit deo: et circumcidit carnem praeputii sui. Et appositus est ad populum israel: et omnis successio generis eius usque in hodiernum diem. Mox autem ut ortus est dies: suspenderunt super muros caput holofernis. Accepitque unusquisque arma sua: et egressi sunt cum grandi strepitu et ululatu. Quod videntes exploratores: ad tabernaculum cucurrerunt. Porro hii qui in tabernaculo erant venientes et ante ingressum cubiculi perstrepentes: excitandi gratia. inquietudinem arte moliebantur: ut non ab excitantibus sed a sonantibus holofernes evigilaret. Nullus enim audebat cubiculum virtutis assiriorum pulsando aut intrando aperire. Sed cum ve-

intrant duces eius et tribuni
et universi maiores exercitus
assiriorum: dixerunt cubicula-
riis. Intrate et excitate illum:
quoniam egressi mures de caver-
nis suis. ausi sunt provocare
nos ad prelium. Tunc ingressus
vagao cubiculum eius stetit
ante cortinam: et plausum
fecit manibus suis. Suspi-
cabatur enim illum cum iudith
dormire. Sed cum nullum motum iacen-
tis sensu aurium caperet: ac-
cessit proximans ad cortinam.
et elevans eam. videns cadaver
absque capite holofernis in suo
sanguine tabefactum iacere
super terram: exclamavit voce
magna cum fletu. et scidit ves-
timenta sua. Et ingressus ta-
bernaculum iudith: non invenit
eam. Et exilivit foras ad
populum: et dixit. Una mulier
hebrea fecit confusionem in
domo regis nabuchodono-
sor. Ecce enim holofernes ia-
cet in terra: et caput ipsius
non est in illo. Quod cum audis-
sent principes virtutis assi-
riorum sciderunt omnes vestimenta
sua: et intolerabilis timor
et tremor cecidit super eos: et
turbati sunt animi eorum val-
de. Et factus est clamor incom-
parabilis in media castra eorum.

Capitulum xv.

Cumque omnis exer-
citus decollatum
holofernem audisset: fugit
mens et consilium ab eis. Et
solo tremore et metu agita-
ti fuge presidium sumunt. ita
ut nullus loqueretur cum proximo
suo: sed inclinato capite re-
lictis omnibus evadere hebre-
os quos armatos venire
super se audierant: fugientes
per vias camporum et semitas
collium. Videntes itaque filii israel
fugientes illos: descenderunt
clangentes tubis. et ululantes
post ipsos. Et quoniam assirii non
adunati in fugam ibant pre-
cipites: filii autem israel uno ag-
mine persequentes: debilitabant
omnes quos invenire potuis-
sent. Misit itaque ozias nuncios
per omnes civitates et regiones

israel. Omnis itaque regio omnis que urbs electam iuventutem misit armatam post eos: et persecuti sunt eos in ore gladii. quousque pervenirent ad extremitatem finium suorum. Reliqui autem qui erant in bethulia ingressi sunt castra assiriorum: et predam quam fugientes assirii reliquerant abstulerunt: et onustati sunt valde. Hii vero qui victores reversi sunt ad bethuliam omnia quecumque erant illorum abstulerunt secum: ita ut non esset numerus in pecoribus. in iumentis. et universis mobilibus eorum: ut a minimo usque ad magnum omnes divites fierent de predationibus eorum. Joachim autem summus pontifex de iherusalem venit in bethuliam cum universis presbiteris suis: ut videret iudith. Que cum exisset ad illum: benedixerunt illam omnes una voce dicentes. Tu gloria ihrlm. tu leticia israel. tu honorificentia populi nostri:

quia fecisti viriliter. et confortatum est cor tuum: eo quod castitatem amaveris. et post virum tuum alterum nescieris. Ideo et manus domini confortavit te: et ideo eris benedicta in eternum. Et dixit omnis populus: fiat fiat. Per dies autem triginta: vix collecta sunt spolia assiriorum a populo israel. Porro autem universa que holoferni peculiaria fuisse probata sunt dederunt iudith. in auro et argento et vestibus et gemmis. et omni supellectili: et tradita sunt illi omnia a populo. Et omnes populi gaudebant cum mulieribus et virginibus. et iuvenibus. in organis et cytharis. Cap. xvi.

Tunc cantavit hoc canticum domino iudith dicens. Incipite domino in tympanis: cantate deo in cimbalis. Modulamini illi psalmum novum: exultate et invocate nomen eius. Dominus conterens bella: dominus est nomen

illi. Qui posuit castra sua
in medio ppli sui: ut eripe
ret nos de manu inimicoꝝ
nroꝝ. Venit assur ex mõti
bus ab aquilone: in multi
tudine fortitudinis sue.
Cuius multitudo obtura
uit torrentes: et equi eorũ
cooperuerũt valles. Dixit
se incensurũ fines meos: et
iuuenes meos occisurũ gla
dio: infantes meos dare in
predã. et virgines in capti
uitatẽ. Dñs aũt oĩps no
cuit eũ: et tradidit eũ in
manus femine: et cõfudit
eũ. Non enĩ cecidit potẽs
eoꝝ a iuuenibꝫ. nec filii ti
tan percusserũt eũ: nec ex
celsi gigantes ĩposuerũt
se illi: sed iudith filia me
rari in specie faciei sue dis
soluit eum. Exuit enĩ se vesti
mento viduitatis sue: et
induit se vestimenta
letitie in exultatione fi
lioꝝ israel. Vnxit faciem
suam vnguẽto: colligauit
cincinnos suos mitra ad de

capiendũ illũ. Sandalia eius
rapuerũt oculos eius: pul
chritudo eius captiuã fecit
aĩam ~~aĩam~~ eius. Ampu
tauit pugione ceruicẽ eius.
Horruerunt perse cõstan
tiã eius: et medi audaciã
eius. Tunc vlulauerunt
castra assirioꝝ: quando ap
paruerũt humiles mei a
rescentes in siti. Filii puella
rũ cõpunxerũt eos: et sicut
pueros fugientes occiderunt
eos: perierũt in prelio a fa
cie dñi mei. Hymnũ cãtem̃
dño: hymnũ nouũ cantem̃
deo nro. Adonay dñe deus
magnus es tu et preclarus in virtute:
quẽ superare nemo potest.
Tibi seruiat omnis creatura
tua: quia dixisti et facta sũt.
misisti spm̃ tuũ et creata sũt:
et non est qui resistat voci
tue. Montes a fundamẽtis
mouebũtur cum aquis: petre
sicut cera liquescent ante
faciem tuã. Qui aũt timẽt
te: magni erũt apud te per
omnia. Ve genti insurgenti

sup genus meū. Dn̄s aūt omi
potens vindicabit in eis: in
die iudicij visitabit illos. Da
bit enim ignem et vermes ī
carnes eorum: ut urantur
et sentiant usq; in sempiter
nū. Et factū est post hec omīs
ppl̄s post victoriā venit ad
iherusalem adorare dn̄m: et
mox ut purificati sunt obtu
lerūt omnes holocausta + vo
ta + repromissiōes suas. Porro
iudith universa vasa bellica
holofernis que dedit illi ppl̄s
et conopeū quod ipsa sustu
lerat in anathema oblivio
nis. Erat aūt ppl̄s iocundus
secundū faciē sanctorū: et p
tres menses gaudiū huius
victorie celebratū est cum
iudith. Post dies aūt illos:
unusquisq; rediit in sua. Et
iudith magna facta est in
bethulia: et p̄clarior erat u
niverse terre israel. Erat etiā
virtuti castitatis adiūcta:
ita ut nō cognosceret virū
omnibȝ diebus vite sue. ex quo
defunctus est manasses vir eī.

Erat aūt diebus festis procedes
cum gloria magna. Mansit
aūt in domo viri sui annos
centū quinq;: et dimisit a
bram suā liberā. Et defuncta
est: ac sepulta cū viro suo ī
bethulia. Luxit q; illā omīs
populus diebus septē. In oī
aūt spacio vite eius nō fuit
qui pturbaret israel: et post
mortem eius annis multis.
Dies aūt victorie huius fe
stivitatis ab hebreis in nūo
dierū sc̄orum accipit: et col
itur a iudeis ex illo tempore
usq; in presentē diem. Expli
cit liber iudith. Incipit prolog
sc̄i ieronimi p̄sbiteri in libru
hester.



Librum
hester
varijs
transla
toribus
constat esse viciatū: quem ego
de archiuis hebreorū relevans
verbū e verbo expressius trāst
tuli. Quem librū editio vul
gata laciniosis hinc inde ver

borũ finibus trahit: addens
ea que ex tempore dici pote
rant et audiri: sicut solitũ
est scolaribus disciplinis.
sumpto themate excogitare.
quibus verbis uti potuit q̃
iniuriam passus est. vel ille
qui iniuriã fecit. Vos autẽ
o paula et eustochiũ quoniã
et bibliothecas hebreorum
studuistis intrare. et interp̃
tum certamina cõprobastis:
tenentes hester hebraicũ libr.
per singula verba nostram
translationẽ aspicite: ut pos
sitis agnoscere me nichil e
tiã augmẽtasse addendo: s;
fideli testimonio simpliciter
sicut in hebreo habetur his
toriã hebraicã latine lingue
tradidisse. Nec affectamus
laudes hominũ: nec vitupe
rationes expauescimus. De
o enĩ placere curantes. minas
hominũ penitus nõ timemus:
quoniã dissipat deus ossa
eorũ qui hoĩibus placere de
siderant: et secundũ aplm
qui huiusmodi sunt servi xpi
esse non possunt. Husiu ĩ
libro hester alphabetũ ex mi
nio usq; ad thetam litterã
fecimus diversis in locis:
volentes scilicet septuaginta
interpretũ ordinẽ per hec in
sinuare studioso lectori. Nos
enim iuxta morẽ hebreorum
ordinẽ p̃sequi etiã in septu
aginta editione maluimus.
Explicit prologus. Incipit liber
hester.

In diebus Assueri qui regna
vit ab india usq; ad ethiopiam
sup centũ viginti
septem provin
cias quando se
dit in solio regni sui: susa ci
vitas regni eius exordiũ fuit.
Tercio igit̃ ãno ĩperij sui fecit
grande cõvivium cunctis prin
cipibus et pueris suis fortissi
mis persarũ et medorũ inclitis.
et prefectis provinciarũ corã
se: ut ostenderet divicias glõe
regni sui. ac magnitudinẽ
atq; iactanciã potentie sue.
multo tẽpore. centũ videlicet

et octoginta diebus. Cumqz
implerentur dies conuiuii: in
uitauit omnē populum
qui inuentus est susis a
maximo usqz ad mini
mū: et septē diebus ius
sit conuiuiū preparari in
vestibulo orti et nemoris
qd regio cultu et manu
consitum erat. Et pende
bant ex omni parte tētoria
aerei coloris. et carpasi
ni. et iacinctini. sustentata
funibus bissinis. atqz pur
pureis: qui eburneis circulis
inserti erant: et columpnis mar
moreis fulciebantur. Lectuli quoqz
aurei et argentei sup paui
mentū smaragdino et pa
rio stratū lapide dispositi e
rant: quod mira varieta
te pictura decorabat. Bibe
bant autē qui inuitati erāt
aureis poculis: et aliis atqz
aliis vasis cibi inferebantur.
Vinū quoqz ut magnificē
cia regia dignū erat: abū
dans et precipuū ponebatur.
Nec erat qui nolentes co
geret ad bibendū: sed sicut rex
statuerat preponens mensis
singulos de principibus suis:
ut sumeret unusquisqz qd
vellet. Vasthi quoqz regina
fecit conuiuiū feminarū: in
palacio ubi rex assuerus
manere consueuerat. Itaqz
die septimo cū rex esset hila
rior. et post nimiā potatio
nem incaluisset mero: pre
pit mauman et bazatha.
et arbona et bagatha. et
abgatha. et zarath. et char
chas. septē eunuchis qui in
cōspectu eius ministrabant:
ut introducerent reginam
vasthi corā rege. posito su
per capite eius dyademate:
et ostenderet cunctis populis
et principibus illius pulchri
tudinē. Erat enim pulchra
valde. Que renuit: et ad
regis imperium quod per
eunuchos mandauerat ve
nire contempsit. Unde iratus
rex et nimio furore succensus:
interrogauit sapientes qui
ex more regio semper ei ade

rant. et illorū faciebat cūc
ta consilio. sciencium leges
ac iura maiorū. Erant autē
primi ac proximi charse
na. et sethar et admatha.
et tharsis. et mares. et mar
sana. et mamuchan. septē
duces psarū atq; medorū.
qui videbant faciē regis. et
primi post eum residere so
liti erant. cui sententie vasthi
regina subiaceret: que as
sueri regis imperiū quod
per eunuchos mādaverat
facere noluisset. Respōdit
mamuchan: audiente
rege atq; principibz. Non
solū regem lesit regina
vasthi: sed et omīs principes
et populos qui sunt in cūc
tis provinciis regis assueri.
Egredietur enim sermo regi
ne ad omnes mulieres:
ut contempnant viros su
os et dicant. Rex assuerus
iussit ut regina vasthi in
traret ad eum: et illa no
luit. Atq; hoc exemplo.
omnes principū coniuges
persarū atq; medorū parui
pendent imperia marito
rū. Unde regis iusta est in
dignatio. Si tibi placet
egrediatur edictū a facie tua.
et scribatur iuxta legē psa
rum atq; medorū quam
preteriri illicitū est. ut nequa
quam ultra vasthi ingrediatur
ad regem: sed regnū illius
altera que melior est illa
accipiat. Et hoc in omne
quod latissimū est provinci
arū tuarū divulgetur im
periū: et cuncte uxores tam
maiorū quam minorū defe
rant maritis suis honorem.
Placuit consiliū eius regi et
principibz. Fecitq; rex iuxta
consiliū mamuchan. Et
misit epistolas ad universas
provincias regni sui: ut quoq;
gens audire et legere pote
rat diversis linguis et litte
ris. esse viros principes ac
maiores in domibus suis:
Hiis ita gestis postquam

His p nūctos pplos divul
garī. Caplm. ij.

regis assueri deferbuerat in
dignatio: recordatus est vas
thi et que fecisset vel que pas
sa esset. Dixerunt qz pueri re
gis ac ministri eius. Querantur
regi puelle virgines ac spe
ciose: et mittantur qui con
siderent per universas provin
cias puellas speciosas et vir
gines. et adducant eas ad ci
vitatem susan: et tradant in
domum feminarum sub manu
egei eunuchi qui est prepositus
et custos mulierum regiarum:
et accipiant mundum muli
ebrem. et cetera ad usus ne
cessaria: et quecumqz inter om
nes oculis regis placuerit.
ipsa regnet pro vasthi. Pla
cuit sermo regi: et ita ut
suggesserant iussit fieri.
Erat vir iudeus in susis ci
vitate vocabulo mardo
cheus. filius iayr. filii se
mei. filii cys. de stirpe iemi
ni: qui translatus fuerat
de iherusalem eo tempore quo
iechoniam regem iuda na
buchodonosor rex babilo
nis transtulerat: qui fuit
nutricius filie fratris sui
edisse. que altero nomine
hester vocabatur. et utrumqz
parentem amiserat: pulchra
nimis et decora facie. Mor
tuis qz patre eius ac matre:
mardocheus sibi eam ad
optavit in filiam. Cumqz per
crebuisset regis imperium.
et iuxta mandata illius
multe virgines pulchre
adducerentur susam. et egeo
traderentur eunucho: hester
quoqz inter ceteras puellas
ei tradita est. ut servaretur
in numero feminarum.
Que placuit ei. et invenit
graciam in conspectu illius
ut acceleraret mundum mu
liebrem: et traderet ei partes
suas. et septem puellas
speciosissimas de domo re
gis: et tam ipsam quam pedis
sequas eius ornaret atqz
excoleret. Que noluit ei in
dicare populum et patriam suam.
Mardocheus enim preceperat:
ut de hac re omnino reticeret.

Qui deambulabat cotidie
ante vestibulū domus in
qua electe virgines serua
bantur: curā agens salutis
hester. et scire volens quid
ei accideret. Cum aūt venis
set tempus singularū per
ordinem puellarū ut intr
rent ad regem: expletis oī
bus que ad cultū muliebrē
pertinebant. mensis duode
cimus vertebatur: ita dūtax
at ut sex mensibus oleo unge
rentur mirtino: et alijs sex.
quibusdā pigmentis et a
romatibȝ uterentur. Ingredi
entes q̄ȝ ad regem quicquid
postulassent ad ornatū p
tinens accipiebāt: et ut eis
placuerat cōposite de tricli
nio feminarū ad regis cu
biculū transibant. Et que
intrauerat vespere egredie
batur mane: atq̄ȝ inde in
secundas edes deducebantur
que sub manu salagazi
eunuchi erant qui concu
binis regijs presidebat: nec
habebat potestatē ad regē

ultra redeundi: nisi volu
isset rex. et eam venire ius
sisset ex nomine. Euoluto
aūt tempore per ordinem:
instabat dies q̄ hester fili
a abyahel fratris mardo
chei quam sibi adoptaue
rat in filiā intrare deberet
ad regem. Que nō quesiuit
muliebrē cultū: sed quecūq̄ȝ
voluit egeus eunuchus cus
tos virginū. hec ei ad orna
tum dedit. Erat enī formosa
valde: et incredibili pulchri
tudine. omniū oculis gra
ciosa. et amabilis videbatur.
Ducta est itaq̄ȝ ad cubicu
lū regis assueri. mense deci
mo qui vocatur tebeth: septīo
anno regni eius. Et ama
uit eam rex plus q̄m omēs
mulieres: habuitq̄ȝ grām
et misericordiā corā eo sup
omēs mulieres. Et posuit
dyadema regni in capite
eius: fecitq̄ȝ eam regnare
in loco vasthi. Et iussit cō
uiuiū preparari pmagnifi
cū cunctis principibȝ et seruis

suis: pro coniunctione et nup
cijs hester. Et dedit requiem
vniuersis prouincijs: ac do
na largitus est iuxta mag
nificentiã principalẽ. Cũq
et secundo quererent virgĩes
et congregarent: mardoche
us manebat ad regis ianu
am. Necdũ q prodiderat hes
ter patriã et pplm suũ: iux
mandatũ eius. Quicquid
enĩ ille precipiebat obserua
bat hester: et ita cuncta facie
bat ut eo tempore solita
erat quo eam paruulam
nutriebat. Eo igit tempore
quo mardocheus ad regis
ianuã morabat: irati st
bagathan et thares. duo
eunuchi regis qui ianito
res erant. et in primo pala
cij limine presidebãt: volu
erũt q insurgere in regem
et occidere eum. Quod mar
docheũ non latuit. Statĩ
q nũciauit regine hester: et
illa regi ex nomine mardo
chei qui ad se rem detulerat
Quesitũ est et inuentũ: et
appensus est uterq eorũ in
patibulo: mandatum q
historijs. et annalibz tradi
tum corã rege. Caplm tercium.
Post hec rex assuerus
exaltauit aman
filiũ amadathi q
erat de stirpe agag: et posu
it soliũ eius sup omnes prĩ
cipes quos habebat. Cũcti
q serui regis qui in foribus
palacij versabant: flectebãt
genu et adorabant aman.
Sic enĩ eis preceperat impe
rator. Solus mardocheus n
flectebat genu: neq adora
bat eũ. Cui dixerũt regis pu
eri: qui ad fores palacij psi
debant. Cur preter ceteros n
obseruas mandata regis?
Cumq hoc crebrius dicerẽt
et ille nollet audire: nũci
auerũt aman. scire cupi
tes utrũ pseueraret in sen
tentia. Dixerat enĩ eis se
esse iudeũ. Quod cum au
disset aman. et experimẽ
to pbasset qd mardocheus
non sibi flecteret genu nec

se adoraret: iratus est valde.
Et pro nichilo duxit in unū
mardocheū mittere manus
suas. Audierat aūt qd' esset
gentis iudee: magis q3 vo
luit omnē iudeorū qui e
rant in regno assueri pdē
rationē. Mense primo cu
ius vocabulū est nisan.
anno duodecimo regni as
sueri. missa est sors in vrnā.
que hebraice dicitur phur.
coram aman: quo die et
quo mense gens iudeorum
deberet interfici. Et exiuit
mensis duodecimus: qui
vocat' adar. Dixit q3 aman
regi assuero. Est pplus per ō
nes provincias regni tui di
spersus. et a se mutuo sepa
ratus. novis utens legibus
et cerimoniis: insup et regis
scita contēpnens. Et optime
nosti qd' non expediat reg
no tuo qd' insolescat per li
centiā. Si tibi placet decer
ne ut pereat: et decē milia
talentorum appendam archa
riis gaze tue. Tulit ergo rex
anulum quo utebat' de ma
nu sua: et dedit eū aman
filio amadathi de pgenie
agag hosti iudeorū. Dixit
q3 ad eum. Argentū quod
polliceris tuū sit: de pplo a
ge quod tibi placet. Voca
tiq3 sunt scribe regis mense
primo nisan. tercia decima
die eiusdem mensis: et scrip
tū est ut iusserat aman ad
omnes satrapas regis et
iudices provinciarū diūsarū
q3 gentiū. ut queq3 gēs legē
poterat ⁊ audire p varieta
te linguarū ex nomine as
sueri regis. Et littere signa
te ipsius anulo. misse sūt
p cursores regis ad univer
sas provincias: ut occiderēt
atq3 delerēt omnes iudeos
a puero usq3 ad senem. par
vulos et mulieres uno die
hoc est tercio decimo mensis
duodecimi qui vocatur adar:
et bona eorū diriperent. Sū
ma autē epistolarū hec fuit:
ut omnes provincie scirēt
et pararent se ad predictā

diem. Festinabant cursores
qui missi erant. explere re
gis imperium. Statimque in
susis pependit edictum: rege
et aman celebrante convi
vium: et cunctis iudeis qui in
urbe erant flentibus. Capitulum

Que cum au[dis]sent. cognovisset
disset mardoche
us. scidit vestimen
ta sua et indutus est sacco
spargens cinerem capiti: et
in platea medie civitatis
voce magna clamabat.
ostendens amaritudinem
animi sui: et hoc eiulatu
usque ad fores palacii gra
diens. Non enim erat licitum
indutum sacco aulam regis
intrare. In omnibus quoque
provinciis oppidis ac locis
ad que crudele regis dogma
pervenerat. planctus ingens
erat apud iudeos. ieiunium.
ululatus et fletus: sacco
et cinere multis pro stra
to utentibus. Ingresse ~~sunt~~
sunt autem puelle hester et
eunuchi: nunciaveruntque

ei. Quod audiens consternata
est: et misit vestem ut abla
to sacco indueret eum. Quam
accipere noluit. Accitoque a
thac eunucho quem rex
ministrum ei dederat: precepit ut
iret ad mardocheum. et disce
ret ab eo cur hoc faceret. E
gressusque athac: ivit ad
mardocheum stantem in pla
tea civitatis ante ostium pa
lacii. Qui indicavit ei omnia
que acciderant: quomodo a
man promisisset ut in thesauros
auros regis pro iudeorum nece
inferret argentum. Exemplar
que edicti quod pendebat in
susis dedit ei. ut regine osten
deret: et moneret eam ut in
traret ad regem. et deprecaretur
eum pro populo suo. Regres
sus athac: nunciavit hester
omnia que mardocheus di
xerat. Que respondit ei: et ius
sit ut diceret mardocheo. Om
nes servi regis et cuncte que
sub dicione eius sunt noverunt
provincie. quod sive vir sive
mulier non vocatus interi

us atriū regis intrauerit. abs
q ulla cunctatione statim
interficiatur: nisi forte rex
auream virgam ad eum
tetenderit pro signo clemen
ne: atq ita possit viuere. E
go igitur quomodo ad regē
intrare potero: que triginta
iam diebus non sum voca
ta ad eum? Quod cum au
disset mardocheus: rursū
mandauit hester dicens.
Ne putes qđ animā tuam
tantū liberes: quia ī domo
reg. s es pre cunctis iudeis.
Si enī nunc silueris. per ali
am occasionē liberabūtur
iudei: et tu et domus patris
tui peribitis. Et quis nouit
utrū idcirco ad regnū ueņe
ris: ut in tali tēpore para
reris? Rursumq hester hec
mardocheo verba mādauit.
Vade et congrega omnes
iudeos quos in susis reppe
ris: et orate pro me. Non
comedatis et non bibatis
tribus diebz ac noctibus:
et ego cum ancillulis meis
similiter ieiunabo. Et tunc
ingrediar ad regem contra
legem faciens inuocata: tra
dens q me morti et periculo.
Iuit itaq mardocheus: et
fecit omnia que ei hester pre
ceperat. Capitulū quintū.

Die autē tercio indu
ta est hester rega
libz vestimentis:
et stetit in atrio domus regi
e. quod erat interius cōtra
basilicā regis. At ille sedebāt
sup soliū suū in consistori
o palacij: contra ostiū do
mus. Cūq vidisset hester
reginā stantē. placuit ocu
lis eius: et extendit contra
eam virgā aureā quā tene
bat manu. Que accedens:
osculata est summitatē virge
eius. Dixit q ad eam rex.
Quid vis hester regina?
Que est peticio tua? Etiā
si dimidiā regni partem
pecieris: dabitur tibi. At il
la respondit. Si regi pla
cet: obsecro ut venias ad
me hodie et aman tecum

ad cõuiuiũ quod paraui.
Statimq; rex. Vocate inqt
aman cito: ut hester obe
diat volũtati. Venerunt
itaq; rex et aman: ad con
uiuiũ quod eis regina pa
rauerat. Dixitq; ei rex. post
q̃m vinũ biberat abundã
ter. Quid petis ut detur ti
bi? et pro qua re postulas?
Etiam si dimidiã partem
regni mei petieris: impe
trabis. Cui respondit hester.
Petitio mea et p̃ces iste st.
Si inueni graciã in cõsp
tu regis. et si regi placet ut
det michi qđ postulo et
meã impleat peticionẽ:
veniat rex et aman ad cõ
uiuiũ qđ paraui eis: et
cras regi aperiã volũtatẽ
meã. Egressus est itaq; illo
die aman letus et alacer.
Cũq; vidisset mardocheũ
sedentem ante fores pala
cij: et non solũ non assur
rexisse sibi. sed nec motũ
quidem de loco sessionis
sue: indignatus ẽ valde.
Et dissimulata ira. reuer
sus in domũ suã. conuo
cauit ad se amicos et za
res uxorem suam: et expo
suit illis magnitudinem
diuiciarũ suarũ filiorum
q; turbã: et q̃nta eũ gloria
sup omñes principes et ser
uos suos rex eleuasset. Et
post hec ait. Regina quo
q; hester nullũ aliũ voca
uit cum rege ad cõuiuiũ
preter me: apud quam eciã
cras cum rege pransurus
sum. Et cum hec omnia ha
beam: nichil me habere
puto. q̃mdiu videro mar
docheũ iudeũ sedentẽ ante
fores regias. Responderũt
q; ei zares uxor eius. et cete
ri amici. Iube parari excelsã
trabem habentẽ altitudĩs
cubitos quinq̃ginta: et dic
mane regi ut appendatur
sup eum mardocheus: et
sic ibis cũ rege letus ad cõ
uiuiũ. Placuit ei consi
lium: et iussit excelsam pa
rari crucem. Caplm sextũ.

Noctem illã rex duxit insõpnem: iussit qz afferri si bi historias et annales pri orũ temporũ. Qui cum il lo presente legerentur: ven tum est ad illũ locũ ubi scriptũ erat quomõ nũci asset mardocheus insidi as bagatan et thares eu nuchorum regem assuerum iugulare cupientiũ. Quod cum audisset rex: ait. Qd pro hac fide honoris ac pre mij mardocheus cõsecutus est? Dixerũtqz ei servi illius ac ministri. Nichil omnino mercedis accepit. Statĩ qz rex. Quis est inquit in atri o? Aman quippe interius atriũ domus regie intra uerat: ut suggereret regi. et iuberet mardocheũ affi gi patibulo. quod ei fue rat preparatũ. Responde runt pueri. Aman stat in atrio. Dixitqz rex. Ingre diatur. Cumqz esset igres sus: ait illi. Quid debet fieri viro quem rex hono rare desiderat? Cogitans aman in corde suo et re putans qđ nullũ aliũ rex nisi se vellet honorare: re spondit. Homo quẽ rex honorare cupit debet indui vestibz regijs. et imponi sup equũ qui de sella regis est. et accipere regiũ dya dema sup caput suũ: et primus de regijs principibz ac tyrannus teneat equũ eius: et per plateã civitatis incedens clamet et dicat. Sic honorabitur: quẽcũqz rex voluerit honorare. Dixitqz ei rex. Festina: et sũpta stola et equo fac ut locutus es mardocheo iudeo. qui sedet ante fores palacij. Cave ne quicquam de hijs que locutus es pretermittas. Tulit itaqz aman stolã et equũ: indu tũqz mardocheũ in platea civitatis. et impositũ equo precedebat atqz clamabat. Hoc honore condignus est: quemcũqz rex voluerit

honorare. Reversus est mar
docheus ad ianuam palacii:
et aman festinavit ire in
domum suam lugens et operto
capite. Narravitque zares
uxori sue et amicis omnia
que evenissent sibi. Cui
responderunt sapientes quos
habebat in consilio. et ux
or eius. Si de semine iudeo
rum est mardocheus ante
quem cadere cepisti: non po
teris ei resistere sed cades in
conspectu eius. Adhuc illis
loquentibus. venerunt eunu
chi regis: et cito eum ad
convivium quod regina pa
raverat pergere compulerunt.
Intravit Capitulum vii.
itaque rex et aman:
ut biberent cum regi
na. Dixitque ei rex etiam in se
cunda die: postquam vino
incaluerat. Que est peticio
tua hester ut detur tibi? et
quid vis fieri? Etiam si di
midiam regni mei partem petie
ris: impetrabis. Ad quem illa
respondit. Si inveni gratiam

am in oculis tuis o rex. et
si tibi placet: dona michi
animam meam pro qua rogo,
et populum meum pro quo obsecro.
Traditi enim sumus ego
et populus meus: ut conte
ramur. iugulemur et pere
amus. Atque utinam in ser
vos et famulos venderemur:
esset tolerabile malum: et
gemens tacerem. Nunc autem
hostis noster est: cuius cru
delitas redundat in regem.
Respondensque rex assuerus
ait. Quis est iste et cuius
potentie: ut hec audeat fa
cere? Dixit hester. Hostis et
inimicus noster pessimus:
iste est aman. Quod ille
audiens. illico obstupuit:
vultum regis ac regine ferre
non sustinens. Rex autem sur
rexit iratus: et de loco convi
vii intravit in ortum arbo
ribus consitum. Aman quoque
surrexit: ut rogaret hester
reginam pro anima sua.
Intellexit enim a rege sibi
paratum malum. Qui cum

reuersus esset de orto nemori
bus consito et intrasset con
uiuij locū: repperit aman
sup lectū corruisse in quo
iacebat hester et ait. Etiā
reginā vult opprimere me
presente in domo mea. Nec
dum verbū de ore regis ex
ierat: et statim operuerūt
faciē eius. Dixitq arbona:
vnus de eunuchis qui sta
bant in ministerio regis.
En lignū quod parauer
at mardocheo qui locut
est pro rege stat in domo
aman: habens altitudi
nis quinquaginta cubitos.
Cui dixit rex. Appendite
eum in eo. Suspensus ē
itaq aman in patibulo
quod parauerat mardo
cheo: et ira regis requieuit.

Die illo Capl'viij.
dedit rex assuerus
hester regine do
mum aman aduersarij
iudeorū: et mardocheus in
gressus est ante faciem re
gis. Confessa est eū ei hes
ter qd esset patruus suus.
Tulitq rex anulū quem
ab aman recipi iusserat:
et tradidit mardocheo. Hes
ter aūt constituit mardo
cheum sup domū suā. Nec
hys contenta: procidit ad
pedes regis fleuitq: et locu
ta ad eum orauit ut ma
liciā aman agagite et
machinationes eius pessi
mas quas excogitauerat
contra iudeos iuberet irri
tas fieri. At ille ex more
sceptrū aureū pretendit ma
nu: quo signū clementie de
monstrabatur. Illa q con
surgens: stetit ante eum. et
ait Si placet regi et īueni
gratiā coram oculis eius.
et depcatio mea non ei vide
tur esse contraria: obsecro
ut nouis epistolis veteres
aman littere insidiatoris
et hostis iudeorꝫ quibus eos
in cunctis regis prouincys
perire pceperat corrigantur.
Quomodo enim potero
sustinere necē et īterfectionē

ipsi mei? Respondit rex assuerus hester regine et mardocheo iudeo. Domum aman concessi hester et ipsum iussi affigi cruci: qui ausus est manum in iudeos mittere. Scribite ergo iudeis sicut vobis placet ex regis nomine: signantes litteras anulo meo. Hec enim consuetudo erat: ut epistolis que ex regis nomine mittebantur et illius anulo signate erant. nemo auderet contradicere. Accitisque scribis et librariis regis. erat autem tempus tercii mensis qui appellatur siban: vicesima et tercia illius die scripte sunt epistole ut mardocheus voluerat ad iudeos. et ad principes. procuratores que. et iudices. qui centum viginti septem provinciis ab india usque ethiopiam presidebant: provincie atque provincie. populo et populo. iuxta linguas et litteras suas: et iudeis ut legere poterant et audire. Ipse que epistole que ex regis nomine mittebantur. anulo illius obsignate sunt: et misse per veredarios. qui per omnes provincias discurrentes veteres litteras novis nunciis prevenirent. Quibus imperavit rex ut convenirent iudeos per singulas civitates et in unum preciperent congregari: ut starent pro animabus suis. et omnes inimicos suos cum coniugibus ac liberis. et universis domibus interficerent atque delerent. Et constituta est per omnes provincias una ultionis dies: id est tercia decima mensis duodecimi adar. Summa que epistole fuit: ut in omnibus terris ac populis qui regis assueri imperio subiacebant. notum fieret paratos esse iudeos ad capiendum vindictam de hostibus suis. Egressi que sunt veredarii. celeres nuncios perferentes. et edictum regis pependit in susis. Mardocheus autem de palacio et de conspectu regis egrediens: fulgebat vesti

bus regiis. iacinthinis vide-
licet et aerinis: coronam au-
ream portans in capite. et amic-
tus pallio serico atque purpu-
reo. Omnisque civitas exulta-
vit atque letata est. Iudeis autem
nova lux oriri visa est. gau-
dium honor et tripudium apud
omnes populos. urbes atque
provincias quocumque regis
iussa veniebant: mira exul-
tatio. epule atque convivia et
festus dies: in tantum ut plu-
res alterius gentis et secte.
eorum religioni et cerimoniis
iungerentur. Grandis enim
cunctos iudaici nominis ter-
ror invaserat. Capitulum nonum.

Igitur duodecimi men-
sis quem adar voca-
ri ante iam diximus
tertiadecima die. quando
cunctis iudeis interfectio pa-
rabatur. et hostes eorum
insidiabantur sanguini: e
versa vice iudei superiores
esse ceperunt: et se de adversa-
riis vindicare. Congregati-
que sunt per singulas civita-
tes oppida et loca: ut exten-
derent manum contra inimi-
cos et persecutores suos. Nul-
lusque ausus est resistere: eo
quod omnes populos magni-
tudinis eorum formido pene-
traret. Nam et provinciarum
iudices duces et procuratores.
omnisque dignitas. que sin-
gulis locis et operibus preerat.
extollebant iudeos. timore
mardochei: quem principem
esse palatii et plurimum pos-
se cognoverant. Fama quo-
que nominis eius crescebat co-
tidie: et per cunctorum ora
volitabat. Itaque percusserunt
iudei inimicos suos plaga
magna. et occiderunt eos.
reddentes eis quod sibi pa-
raverant facere: in tantum
ut etiam in susis quingentos
viros interficerent. extra decem
filios aman agagite hos-
tis iudeorum. quorum ista sunt
nomina. Pharsandatha. et
delphon. et esphata. et
phoratha. et adalia. et
aridatha. et efermestha. et

arisai. et aridai. et vaizata.
Quos cum occidissent: predā
de substantiis eorū agere
noluerūt. Statim qz nu-
merus eorū qui occisi erāt
in susis. ad regem relatus
est. Qui dixit regine. In ur
be susis interfecere iudei qui
gentos viros: et alios decē
filios aman. Quantā pu
tas eos exercere cedem in v
niuersis prouinciis? Quid ult
postulas? et quid vis ut fi
eri iubeam? Cui illa r̄ndit.
Si regi placet. detur potes
tas iudeis ut sicut hodie fe
cerūt in susis sic et cras faci
ant: et decem filii aman ī
patibulis suspendantur.
Precepit qz rex ut ita fieret.
Statim qz in susis pependit
edictū: et decē aman filii sus
pēsi sūt. Congregatis iudeis
quartadecima die mensis
adar interfecti sunt ī susis
trecenti viri: nec eorū ab illis
direpta substantia est. Sed
et per omnes prouincias q̄
dicioni regis subiacebant

pro aīabus suis stetere iudei.
interfectis hostibz ac psecu
toribz suis: in tantū ut
septuaginta quinqz milia
occisorū implerentur: et nul
lus de substantiis eorū quicq̄
contingeret. Dies autē terci
usdecimus mensis adar v
nus apud omnes interfectio
nis fuit. et quartodecimo die
cedere desierūt. Quem consti
tuerūt esse sollēpnē: ut in
eo omni deinceps tempore
vacarent epulis. gaudioqz
atqz conviviis. At hii qui in
urbe susis cedem exercuerāt:
terciodecimo et quartodecimo
eiusdē mensis die in cede ver
sati sunt. Quintodecimo autē
die cedere desierūt: et idcirco
eundem diem constituerunt
sollempnē epularū atqz leti
cie. Hii vero iudei qui in op
pidis non muratis ac vil
lis morabantur. quartūdecimū die
mensis adar. conviviorū et
gaudii decreuerūt: ita ut
exultent in eo et mittant
sibi mutuo partes epula

rũ et aborũ. Scripsit itaqȝ
mardocheus omĩa hec: et
litteris comprehensa misit
ad iudeos qui in omĩbus
regis prouinciis morabant̃
tam in uicino positis q̃
procul. ut q̃rtãdecimã et
q̃ntãdecimã diem mẽsis
adar pro festis susciperent.
et reuertente semp̃ anno
sollẽpni honore celebrarent:
quia in ip̃is dieb; se ulti
sunt iudei de inimicis suis.
et luctus atqȝ tristicia in
hilaritatem gaudiũ q̃ȝ cõ
uerse sunt: essent q̃ȝ iste di
es epularũ atqȝ leticie. et
mitterẽt sibi inuicem abor
partes. et pauperibus mu
nuscula largirentur. Sus
ceperuntqȝ iudei in sollẽp
nem ritum cuncta que eo
tempore facere ceperant:
et que mardocheus litte
ris facienda mandauerat.
Aman enĩ filius amada
thi stirpis agag hostis et
aduersarius iudeor cogita
uit contra eos malũ ut
occideret illos atqȝ deleret: et
misit phur quod lingua
nr̃a uertitur in sortẽ. Et post
ea ingressa est hester ad re
gem. obsecrans ut conatus
eius litteris regis irrita fierẽt:
et malũ quod contra iude
os cogitauerat reuerteretur
in caput eius. Deniqȝ et
ip̃m et filios eius affixerũt
cruci. Atqȝ ex illo tempore
dies isti appellati sunt phu
rim id est sortiũ: eo q̃d phur
id est sors in urnam missa
fuerit. Et cuncta que gesta
sunt. epistole id est libri hu
ius uolumĩe continentur:
queqȝ sustinuerint et que
deinceps immutata sint. Sus
cepere iudei sup̃ se et semen
suum. et sup̃ cunctos qui
religioni eorũ uoluerant
copulari: ut nulli liceat
duos hos dies absqȝ sollẽp
nitate transigere: quos scp̃
tura testatur. et certa expe
tunt tempora. annis sibi
iugiter succedentib;. Isti st̃
dies quos nulla umq̃m

delebit oblivio: et per singu
las generationes cuncte in
toto orbe provincie celebra
bunt. Nec est ulla civitas
in qua dies phurim id sorti
um non observentur a iude
is et ab eorum progenie: q̄
hys cerimonys obligata
est. Scripserunt qz hester regi
na filia abiahel. et mardo
cheus iudeus etiā secundam
epistolā: ut omni studio
dies ista sollempnis sanciretur
in posterū. Et miserunt
ad omēs iudeos qui in cen
tū viginti septē regis assue
ri provincys versabantur:
ut haberent pacē et suscipe
rent veritatē. observantes
dies sortiū. et suo tempore
cum gaudio celebrarent:
sicut constituerāt mardo
cheus et hester. Et illi obser
vanda susceperāt a se et a
semiñe suo ieiunia atqz cla
mores et sortium dies: et
omnia que libri huius
qui vocatur hester histori
a continentur. Capl'm x.

Rex vero assuerus
omnē terrā et cunc
tas maris insulas
fecit tributarias. Cuius for
titudo et imperiū et digni
tas atqz sublimitas qua
exaltavit mardocheū. scrip
ta sunt in libris medorū
atqz persarū: et quomodo
mardocheus iudaici generis
secundus a rege assuero fu
erit. et magnus apud iude
os. et acceptabilis plebi fra
trū suorū: querens bona
ppl'o suo. et loquens ea q̄
ad pacē sui seminis pertinet.
Que habentur in hebreo:
plena fide expressi. Hec autem
que sequūtur scripta repe
peri in editione vulgata:
que grecorū lingua et lit
teris continētur. Et interim
post finem libri. hoc capi
tulū ferebatur: q̄d iuxta
cōsuetudinē nrām. obelo
id est veru pnotavimus.
Dixit qz mardocheus. A deo
facta sunt ista. Recordatus
sum sōpny q̄d videram. hec

eadem significantis: nec eorum
quicquam irritum fuit. Parvus
fons qui crevit in fluvium.
et in lucem solemque conver
sus est. et in aquas pluri
mas redundavit: hester est
quam rex accepit uxorem.
et voluit esse reginam. Duo
autem dracones: ego sum et
aman. Gentes que conve
nerant: hii sunt qui delere
nomen conati sunt iudeorum.
Gens autem mea israel est que
clamavit ad ~~clamavit ad~~
dominum et salvum fecit dominus po
pulum suum: liberavitque nos
de omnibus malis: et fecit sig
na magna atque portenta
inter gentes. Et duas sortes
esse precepit: unam populi dei. et
alteram cunctarum gentium. Venit
que utraque sors in statutum ex il
lo iam tempore coram deo universis
gentibus. Et recordatus est dominus
populi sui: ac misertus hereditati
sue. Et observabuntur dies
isti in mense adar. quartade
cima et quintadecima die
eiusdem mensis. cum omni
studio et gaudio in unum
cetum populi congregati: in cunc
tas deinceps generationes
populi israel. Capitulum xi.

Anno quarto reg
nantibus ptolome
o et cleopatra. at
tulerunt dositheus qui se
sacerdotem et levitici generis
ferebat. et ptolomeus filius
eius hanc epistolam phurim:
quam dixerunt interpretatum
esse lisimachum ptolomei
filium in iherusalem. Hoc quoque
principium erat in editione
vulgata: quod nec in he
breo nec apud ullum fertur
interpretum. Anno secundo
regnante artaxerse maximo.
prima die mensis nisan:
vidit sompnium mardocheus
filius iahyri filii semei. fi
lii cis. de tribu beniamin.
homo iudeus qui habita
bat in urbe susis. vir mag
nus et inter primos aule
regie. Erat autem de eo nume
ro captivorum. quos transtu
lerat nabuchodonosor rex

babilonis de iherusalem cum iechonia rege iude: et hoc eius sompnium fuit. Apparuerunt voces et tumultus et tonitrua. et terremotus: et conturbatio super terram. Et ecce duo dracones magni parati que contra se in prelium: ad quorum clamorem cuncte concitate sunt nationes: ut pugnarent contra gentem iustorum. Fuitque dies illa tenebrarum et discriminis. tribulationis et angustie: et ingens formido super terram. Conturbata que est gens iustorum timentium mala sua: et preparata ad mortem. Clamaveruntque ad deum: et illis vociferantibus. fons parvus crevit in fluvium maximum: et in aquas plurimas redundavit. Lux et sol ortus est: et humiles exaltati sunt. et devoraverunt inclitos. Quod cum vidisset mardocheus. et surrexisset de strato: cogitabat quid deus facere vellet. Et fixum habebat in animo: scire cupiens quid significaret sompnium. Capitulum xii.

Morabatur autem eo tempore in aula regis. cum bagatha et thara eunuchis regis. qui ianitores erant palacii. Cumque intellexisset cogitationes eorum. et curas diligentius pervidisset: didicit quod conarentur in regem artaxersen manus mittere: et nunciavit super eo regi. Qui de utroque habita questione: confessos duci iussit ad mortem. Rex autem quod gestum erat scripsit in commentariis: sed et mardocheus rei memoriam litteris tradidit. Precepitque ei rex ut in aula palacii moraretur: datis ei pro delatione muneribus. Aman vero filius amadathi bugeus. erat gloriosissimus coram rege. et voluit nocere mardocheo et populo eius. pro duobus regis eunuchis qui fuerant interfecti. Huc usque prohemium. Que sequuntur in eo

loco posita erant ubi scriptū
est in volumīe. et diripue
runt bona vel substātias
eorum: que in sola vulgata
editione repperimus. Capl'
Epistole autē ‖ xiij.
hoc exemplar fuit.
Rex maximus
artaxerxes. ab india usqȝ
ethiopiā. centū viginti septem
pvīciarū principibȝ et duci
bus. qui eius imperio sub
iecti sunt: salutē dicit. Cū
pluribȝ gentibus imperarē.
et universū orbem mee dici
oni subiugassem: volui ne
quaquā abuti potentie magni
tudine. sed clementia et
lenitate gubernare subiectos:
ut absqȝ ullo terrore vitam
silentio transigentes. opta
ta cūctis mortalibȝ pace fru
erentur. Querente autē me
a consiliarijs meis quomō
hoc posset impleri: unus q̄
sapientia et fide ceteros p̄cel
lebat. et erat post regem se
cundus. aman nomine.
indicavit michi in toto or
be terrarū ꝑplm esse dispsū. q̄
novis uteretur legibȝ: et cō
tra omnium gentiū faciēs
cōsuetudinē. regū iussa cō
tempneret: et universarū con
cordiā nationū. sua dissen
sione violaret. Quod cum
didicissemus: videntes unā
gentē rebellem adversū omē
hominū genus. perversis uti
legibȝ. nostrisqȝ iussionibȝ
cōtraire et turbare subiecta
rū nobis provinciarū pacē
atqȝ cōcordiā: iussimus ut
quoscūqȝ aman qui omībus
provincijs p̄positus est. et se
cundus a rege. et quē patris
loco colimus mōstraverit.
cum coniugibȝ ac liberis de
leant ab inimicis suis:
nullusqȝ eorū misereatur.
quartadecima die duodecimi
mensis adar. anni p̄sentis:
ut nefarij homīes uno die
ad inferos descendentes.
reddāt imperio nrō pa
cē quā turbaverāt. Huc
usqȝ exemplar epistole. Que
sequūtur. post in eū locū

scripta repperi. ubi legitur.
pergensque mardocheus. fecit
omnia que ei mandauerat
hester: nec tamen habentur
in hebraico. et apud nullum
penitus feruntur interpretum.
Mardocheus autem deprecatus
est dominum. memor omnium o-
perum eius: et dixit. Domine domine
rex omnipotens. in dicione e-
nim tua cuncta sunt posi-
ta: et non est qui possit
tue resistere voluntati. si de-
creueris saluare israel. Tu
fecisti celum et terram: et quicquid
celi ambitu continetur. Dominus
omnium es: nec est qui re-
sistat maiestati tue. Cunc-
ta nosti: et scis quia non
pro superbia et contumelia
et aliqua glorie cupidita-
te fecerim hoc. ut non ado-
rarem aman superbissi-
mum. Libenter enim pro
salute israel: etiam vestigi-
a pedum eius deosculari
paratus essem. Sed timui
ne honorem dei mei transfer-
rem ad hominem: et ne
quemquam adorarem excepto deo
meo. Et nunc domine rex. deus
abraham miserere populi tui:
quia volunt nos inimici per-
dere. et hereditatem tuam delere.
Ne despicias partem tuam:
quam redemisti tibi de egypto.
Exaudi deprecationem meam:
et propicius esto sorti et funi-
culo tuo. Et conuerte luctum
nostrum in gaudium: ut viuen-
tes laudemus nomen tuum
domine: et non claudas ora te
canentium. Omnis quoque is-
rael. pari mente et obsecra-
tione clamauit ad dominum:
eo quod eis certa mors impen-
deret. Capitulum xiiii.

Hester quoque regi-
na confugit ad do-
minum: pauens periculum
quod imminebat. Cumque
deposuisset vestes regias.
fletibus et luctui apta in-
dumenta suscepit: et pro
unguentis varijs. cinere et
stercore impleuit caput:
et corpus suum humiliauit
ieiunijs. Omnia quoque loca in

quibz ante letari cõsueuerāt:
crinuū laceratione cõpleuit.
Et dēpcabat̃ dnm̄ deū israel
dicens. Dn̄e mi qui rex nr̄
es solus. adiuua me solita
riā: et cuius p̄ter te nullus
auxiliator est alius. Pericu
lū meū: in manibz meis est.
Audiui a p̄re meo qđ tu dn̄e
tulisses israel de cunctis gen
tibus. et patres nr̄os ex omni
bus retro maioribz suis. ut
possideres hereditatē sempi
ternā: fecistiq3 eis sicut locu
tus es. Peccauim̄ in cõspcu
tuo: et idcirco tradidisti
nos in manus inimicor
nr̄oꝝ: coluim̄ enim deos
eoꝝ. Iustus es dn̄e. Et nūc
non eis sufficit qđ duríssimā
nos opprimunt seruitute: sed
robur manuū suarū ydo
loꝝ potentie deputantes.
volūt tua mutare p̄missa.
et delere hereditatē tuā. et
claudere ora te laudantiū.
atq3 extinguere gloriā tē
pli et altaris tui: ut ap̄e
riant ora gentiū. et laudent

ydoloꝝ fortitudinē: et p̄e
dicent carnalē regē in sem
piternū. Ne tradas dn̄e sceп
trū tuū hys qui non sunt.
ne rideant ad ruinā nr̄am:
sed cõuerte cõsiliū eoꝝ sup
eos: et eum qui cepit ī nos
seuire dispde. Memento
dn̄e. et ostende te nobis in
tempore tribulationis nr̄e:
et michi da fiduciā. rex deo
rū et uniu̾se dn̄e potestatē.
Tribue sermonē cõpositū
in ore meo in cõspectu leo
nis: et transfer cor illius ī
odiū hostis nr̄i: ut et ipse
pereat. et ceteri qui ei cõsen
tiūt. Nos aut̄ libera manu
tua: et adiuua me nullū
aliū habentē auxiliū nisi
te dn̄e. Habes omniū sciē
tiam: et nosti quia oderim
gloriā iniquoꝝ: et detester
cubile incircūcisoꝝ. et omīs
alienigene. Tu scis necessita
tem meā. qđ abhōminer
signū sup̄bie et glorie me
e quod est sup caput meū
in diebz ostentationis mee:

et detestor illud quasi pannum
menstruate. et non portem
in diebus silentii mei: et
quod non comederim in men
sa aman. nec michi placu
erit convivium regis. et non
biberim vinum libaminum:
et numquam letata sit ancilla
tua. ex quo huc translata
sum usque in presentem diem:
nisi in te domine deus abraham.
Deus fortis super omnes. ex
audi vocem eorum qui nullam
aliam spem habent: et libera
nos de manu iniquorum:
et erue me a timore meo.

Hec quoque addita reperi in
editione vulgata. Capitulum xv.

Et mandavit ei
haud dubium quin
hester mardoche
us. ut ingrederetur ad regem:
et rogaret pro populo suo et
pro patria sua. Memor
inquit dierum humilitatis
tue. quomodo nutrita sis in
manu mea: quia aman
secundus a rege locutus
est contra nos in mortem.
Et tu invoca dominum. et loquere
regi pro nobis: et libera
nos de morte. Nam et ista
que subdita sunt. Die autem
tercio. deposuit vestimenta
ornatus sui: et circumdata est
gloria sua. Cumque regio ful
geret habitu. et invocasset
omnium rectorem et salvato
rem deum: assumpsit duas fa
mulas. et super unam quidem
innitebatur quasi pre delicijs
et nimia teneritudine corpus
suum ferre non sustinens: al
tera autem famularum seque
batur dominam. defluentia
in humum indumenta susten
tans. Ipsa autem roseo vul
tum colore perfusa. et gratis
ac nitentibus oculis tristem
celabat animum: et nimio
timore contractum. Ingressa
igitur cuncta per ordinem
ostia. stetit contra regem
ubi ille residebat super solium
regni sui. indutus vestibus
regijs: auroque fulgens et
preciosis lapidibus: erat que
terribilis aspectu. Cumque

elevasset faciē. et ardentibus
oculis furorē pectoris indi-
casset: regina corruit: et
in pallorē colore mutato.
lassum sup ancillulā recli-
navit caput. Cōvertitq; de-
us spiritū regis in mansuetu-
dinem: et festinus ac metu-
ens exilivit de solio: et sus-
tentans eam ulnis suis do-
nec rediret ad se. his verbis
blandiebat'. Quid habes
hester? Ego sum frater tuus.
Noli metuere: nō morieris.
Non enī pro te: sed pro om-
nibus hec lex constituta est.
Accede igitur: et tange scep-
trū. Cumq; illa taceret: tu-
lit aureā virgā et posu-
it sup collū eius: et osculā-
tus est eam. et ait. Cur mi-
chi non loqueris? Que re-
spondit. Vidi te dn̄e mi
quasi angelū dei: et cōtur-
batū est cor meū pre timo-
re glorie tue. Valde enim
mirabilis es dn̄e: et facies
tua plena est graciarum.
Cūq; loqueretur: rursus

corruit. et pene exanimata
est. Rex aūt turbabatur:
et omnes ministri eius cōso-
labantur eam. Exemplar
epistole regis artaxerxis.
quā pro iudeis ad totas
regni sui provincias misit:
qd̄ et ipm̄ in hebraico vo-
lumine non habetur.

Rex mag Capl'. xvi.
nus artaxerxis. ab
india usq; ethio-
piam centum viginti septē
provinciarū ducibz ac prin-
cipibz qui nr̄e obediunt ius-
sioni: salutē dicit. Multi
bonitate principū et hono-
re qui in eos collatus est.
abusi sunt in supbiā: et
non solū subiectos regibz
nituntur opprimere: sed da-
tam sibi gloriā nō ferentes.
in ipsos qui dederūt moliū-
tur insidias. Nec cōtenti
sunt gracias non agere be-
neficiis. et humanitatis ī
se iura violare: sed dei quoq;
cūcta cernentis. arbitrantur
se fugere posse sentenciā. Et

in tantam vesaniae proruperit.
ut eos qui credita sibi offi
cia diligenter observant. et
ita cuncta agunt ut omnium
laude sint digni. mendacio
rum cuniculis conantur subver
tere: dum aures principum
simplices. et ex sua natura
alios aestimantes. callida frau
de decipiunt. Quae res et ex ve
teribus probatur historiis. et
ex his quae geruntur cotidie:
quomodo malis quorundam
suggestionibus. regum studia
depraventur. Unde providendum
est. paci omnium provinciarum.
Nec putare debetis si diversa
iubeamus. ex animi nostri
venire levitate: sed pro quali
tate et necessitate temporum.
ut reipublicae poscit utilitas
ferre sententiam. Et ut mani
festius quod dicimus intelliga
tis: aman filius amada
thi. et animo et gente mace
do alienusque a persarum san
guine. et pietatem nostram
sua crudelitate commaculans.
peregrinus a nobis susceptus

est: et tantam in se expertus
humanitatem ut pater noster
vocaretur. et adoraretur ab
omnibus post regem secundus.
Qui in tantum arrogantiae
tumorem sublatus est: ut
regno nos privare niteretur
et spiritu. Nam mardochaeum
cuius fide et beneficiis vivimus.
et consortem regni nostri hester
cum omni gente sua. no
vis quibusdam atque inauditis
machinis expetivit in mortem:
hoc cogitans ut illis interfec
tis. insidiaretur nostrae solitu
dini: et regnum persarum trans
ferret in macedonas. Nos
autem a pessimo mortalium
iudeos neci destinatos. in
nulla penitus culpa rep
perimus: sed econtrario iu
stis utentes legibus. et filios
altissimi et maximi semper
viventis dei: cuius beneficio
et patribus nostris et nobis
regnum est traditum. et usque
hodie custoditur. Unde
eas litteras quas sub no
mine nostro ille direxerat: sa

aris esse ueritas. Pro quo
scelere. ante portas huius
urbis id est susis. et ipse q
machinatus est. et omnis
cognatio eius pendet i pa
tibulis: non nobis sed deo
ei reddente quod meruit.
Hoc aut edictu quod nunc
mittimus i cunctis urbibus
proponatur: ut liceat iudeis
uti legibus suis. Quibus debe
tis esse adminiculo: ut eos
qui se ad necem eorum para
uerant possint interficere ter
tiadecima die mensis duode
cimi qui vocatur adar. Hanc
enim diem omnipotens deus
meroris et luctus: eis uertit
in gaudium. Unde et vos inter
ceteros dies hanc habetote
diem. et celebrate eam cum
omni leticia: ut et in posterum
cognoscatur. omnes qui fideli
ter persis obediunt. dignam p
fide recipere mercedem: qui aut
insidiantur regno eorum. perire
pro scelere. Omnis aut pui
cia et ciuitas que noluerit
solempnitatis huius esse par
ticeps. gladio et igne pereat:
et sic deleatur. ut non solu
hominibus sed etiam bestiis inuia
sit in sempiternum. pro exe
plo contemptus et inobedientie.

Explicit liber hester. Incipit
prologus sancti ieronimi p
biteri: in libros machabe
orum



Achabe
orum
libri duo
p̃notant p
lia. inter hebreorum duces
gentesq persarum: pugnam q̃q
sabbatorum. et nobiles ma
chabei duos triumphos: ex
quorum nomine et libri ydem
sunt uncupati. Hec quoq
historia continet etiam inclita
illa gesta machabeorum fratrum.
qui sub anthioco rege pro
sacris legibus dira tormenta
perpessi sunt: quos mater pi
a cum diuersis suppliciis urge
rentur non solum non fleuit.
sed et gaudens hortabatur
ad gloriam passionis.

Explicit plogus. Incipit li-
ber machabeorum primus.

ET factu͞
est post
q͞m per
cussit
alexan
der phi
lippi macedo qui primus reg
nauit in grecia egressus de
terra cethim. dariu͞ regem
psaru͞ et medoru͞: co͞stituit
prelia multa. et omnium
obtinuit municiones. Et i͞
terfecit reges terre: et ptra͞siit
usq͞z ad fines terre. Et accepit
spolia multitudinis gentiu͞:
et siluit terra in co͞spectu ei9.
Et co͞gregauit virtute͞ et exer
citu͞ forte͞ nimis: et exaltatu͞
est et eleuatu͞ est cor eius. Et
obtinuit regiones gentiu͞ et
tira͞nos: et facti sunt illi in
tributu͞. Et post hec decidit
in lectu͞: et cognouit quia
moreretur. Et vocauit pu
eros suos nobiles qui secum
era͞t nutriti a iuuentute sua:
et diuisit illis regnu͞ suu͞ cu͞
adhuc viueret. Et regnauit a
lexander annis duode͞c: et
mortuus est. Et obtinuerunt
pueri eius regnu͞. vnusq͞sq͞z i͞
loco suo: et imposuerunt
sibi om͞es dyademata post
morte͞ eius: et filij eor͞ post
eos annis multis. Et mul
tiplicata sunt mala i͞ terra.
Et exiit ex eis radix peccatrix
anthiocus illustris filius
anthiochi regis qui fuerat
rome obses: et regnauit in
anno centesimo tricesimo
et septimo regni grecorum.
In diebus illis exierunt ex isrl͞
filij iniqui: et suaserunt mul
tis dice͞tes. Eamus et dispo
namus testamentu͞ cu͞ gen
tibus que circa nos sunt: q͞a
ex quo recessimus ab eis inue
nerunt nos multa mala. Et
bonus visus est sermo in o
culis eor͞. Et destinauerunt
aliqui de populo et abierunt
ad rege͞: et dedit illis potesta
te͞ ut facere͞t iusticia͞ gentiu͞.
Et edificauerunt gymnasiu͞
in iherosolimis secundum

leges nationū. et fecerūt sibi
prepucia. Et recesserūt a testamē
to sancto. et iūcti sūt natio
nibus: et venūdati sunt ut fa
cerent malū. Et paratū est
regnū in cōspectu āthiochi:
et cepit regnare in terra egip
ti: ut regnaret sup duo reg
na. Et intrauit in egiptum
in multitudine graui:
in curribus et elephantis et
equitibus. et copiosa nauiū
multitudie: et cōstituit bellū
adūsus ptolomeū regē egip
ti. Et veritus est ptolomeus
a facie eius et fugit: et ceci
derunt vulnerati multi. Et cō
prehendit ciuitates munitas
in terra egipti: et accepit spo
lia terre egipti. Et cōuertit ā
thiochus postq̄ pcussit egip
tū. in cētesimo et quadrage
simo et tercio anno ascendit
ad isrl: et ascendit ierosoli
mā in multitudie graui. Et
intrauit in sanctificatōnem
cum superbia: et accepit alta
re aureum. et candelabrū lu
minis. et vniūsa vasa eius

et mensā ppositionis. et liba
toria. et fialas. et mortario
la aurea. et velū. et coronas.
et ornamentū aureū. qđ ī
facie templi erat: et cōminu
it omīa. Et accepit argentū
et aurū: et vasa cōcupiscibi
lia. Et accepit thesauros oc
cultos quos īuenit: et sub
latis omībus abiit in terrā
suā. Et fecit cedem hoīm: et
locutus est superbia magna.
Et factus est planctus mag
nus in israel. et in omī lo
co eorū: et ingemuerūt prī
cipes et seniores. Iuuenes et
virgines īfirmati sūt: et spe
ciositas mulierū īmutata
est. Omīs maritus sūpsit
lamentū: que sedebat in
thoro maritali lugebant.
Et cōmota est terra super
inhabitātes in ea: et vniu
sa domus iacob īduit cōfu
sionē. Et post duos annos
dierū misit rex prīcipē tribu
torū in ciuitates iudā: et ve
nit ierłm cum turba mag
na. Et locutus est ad eos v

ba pacifica in dolo: et crediderunt ei. Et irruit super civitatem repente. et percussit eam plaga: et perdidit populum multum ex israel. Et accepit spolia civitatis: et succendit eam igni: et destruxit domos eius et muros eius in circuitu. Et captivas duxerunt mulieres et natos: et pecora possederunt. Et edificaverunt civitatem david muro magno. et firmo. et turribus firmis: et facta est illis in arcem. Et posuerunt illic gentem peccatorum: viros iniquos. Et convaluerunt in ea et posuerunt arma et escas: et congregaverunt spolia iherusalem. et reposuerunt illic: et facti sunt in laqueum magnum. Et factum est hoc ad insidias sanctificationi: et in dyabolum malum in israel. Et effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis: et contaminaverunt sanctificationem. Et fugerunt habitatores iherusalem propter eos: et facta est habitatio exterorum. Et facta est extera semini suo: et nati eius reliquerunt eam. Sanctificatio eius desolata est. sicut solitudo. Dies festi eius conversi sunt in luctum: sabbata eius in opprobrium: honores eius in nichilum. Secundum gloriam eius multiplicata est ignominia eius: et sublimitas eius conversa est in luctum. Et scripsit rex antiochus omni regno suo: ut esset omnis populus unus. Et relinqueret unusquisque legem suam: et consenserunt omnes gentes secundum verbum regis antiochi. Et multi ex israel consenserunt ei: et sacrificaverunt ydolis: et coinquinaverunt sabbatum. Et misit rex antiochus libros per manus nunciorum in iherusalem. et in omnes civitates iuda: ut sequerentur leges gentium terre. et prohiberent holocausta et sacrificia et placationes fieri in templo dei: et prohiberent celebrari sabbatum. et dies solempnes: et coinquinari sancta. et sanctum populum israel. Et iussit edificari aras et templa. et ydola. et im

imolari carnes suillas. et
pecora communia. et relinque
re filios suos incircumcisos. et
coinquinari animas eorum in om
nibus inmundiciis. et abhomi
nationibus: ita ut obliviscere
rentur legem et inmutarent omnes
iustificationes dei: et quicumque
non fecissent secundum verbum
regis anthiochi morerentur.
Secundum omnia verba hec
scripsit omni regno suo: et
preposuit principes populo qui
hec fieri cogerent: et iusserunt
civitatibus iude sacrificare.
Et congregati sunt multi de
populo ad eos qui dereliquerant
legem domini: et fecerunt mala su
per terram: et effugaverunt
populum israel in abditis. et in
absconditis fugitivorum
locis. Die quintadecima men
sis casleu. quinto et quadra
gesimo anno: edificavit
rex anthiochus abhomi
nandum ydolum desolationis.
super altare dei: et per univer
sas civitates iuda in circui
tu. edificaverunt aras: et ante
ianuas domorum. et in plate
is incendebant thura et sacri
ficabant. Et libros legis dei
combusserunt igni: scindentes
eos. Et apud quemcumque inveni
ebantur libri testamenti domini.
et quicumque observabat legem
domini: secundum edictum regis tru
cidabant eum. In virtute su
a faciebant hec populo israel:
qui inveniebatur in omni
mense in civitatibus. Et quin
ta et vicesima die mensis:
sacrificabant super aram que
erat contra altare. Et mulie
res que circumcidebant filios
suos: trucidabantur secundum
iussum regis anthiochi. Et sus
pendebant pueros a cervici
bus per universas domos eorum:
et eos qui circumciderant eos
trucidabant. Et multi de po
pulo israel diffinierunt apud
se ut non manducarent
inmunda: et elegerunt magis
mori quam cibis coinquinari
inmundis. Et noluerunt infrin
gere legem dei sanctam: et tru
cidati sunt. Et facta est ira

magna super populum valde.
In diebus illis Capitulum .ij.
surrexit mathathias
filius iohannis. filius
symeonis. sacerdos ex filiis
ioarim ab ierusalem: et con
sedit in monte modyn. Et
habebat filios quinque: ioha
nan qui cognominabatur
gaddis. et symon qui cog
nominabatur thasi. et iudas
qui vocabatur machabeus.
et eleazarus qui cognomina
batur abaron. et ionathas
qui cognominabatur aphus.
Hii viderunt mala. que fie
bant in populo iuda et in ihe
rusalem. Et dixit mathathi
as. Ve michi. Ut quid natus
sum videre contritionem populi
mei et contritionem civitatis
sancte: et sedere illic cum datur
in manibus inimicorum? Sancta in ma
nu extraneorum facta sunt. Tem
plum eius sicut homo igno
bilis: vasa glorie eius cap
tiva abducta sunt. Truci
dati sunt senes eius in pla
teis: et iuvenes eius ceciderunt
in gladio inimicorum. Que
gens non hereditavit regnum
eius: et non obtinuit spoli
a eius? Omnis compositio eius
ablata est. Que erat libera
facta est ancilla. Et ecce sancta
nostra. et pulchritudo nostra. et
claritas nostra desolata est: et
coinquinaverunt eam gentes.
Quid ergo nobis adhuc vi
vere? Et scidit mathathias
et filii eius vestimenta sua: et
operuerunt se ciliciis: et plan
xerunt valde. Et venerunt illuc
qui missi erant a rege antio
cho: ut cogerent eos qui con
fugerant in civitatem modyn.
immolare et accendere thura.
et a lege dei discedere. Et mul
ti de populo israel consenti
entes accesserunt ad eos. Sed
mathathias et filii eius con
stanter steterunt. Et respon
dentes qui missi erant ab anthi
ocho: dixerunt mathathie.
Princeps et clarissimus et
magnus es in hac civitate:
et ornatus filiis ac fratri
bus. Ergo accede prior et

hoc iussu regis sicut fecerunt
omnes gentes et viri iuda et
qui remanserunt in ierusa
lem: et eris tu et filii tui inter
amicos regis. et amplificatus
argento et auro et muneri
bus multis. Et respondit
mathathias: et dixit mag
na voce. Et si omnes gentes
regi anthiocho obediunt
ut discedat unusquisque a servi
tute patrum suorum et consentiunt man
datis eius: ego et filii mei et fra
tres mei obediemus legi
patrum nostrorum: propitius sit no
bis deus. Non est nobis uti
le relinquere legem et iustici
as dei. Non audiemus verba
regis anthiochi. nec sacrifi
cabimus transgredientes legis
nostre mandata: ut eamus
altera via. Et ut cessavit
loqui verba hec: accessit quidam
iudeus in omnium oculis sa
crificare ydolis super aram.
in civitate modyn secundum
iussum regis. Et vidit matha
thias et doluit: et contremu
erunt renes eius. Et accensus
est furor eius secundum iu
dicium legis: et insiliens truci
davit eum super aram. Sed
et virum quem miserat rex
anthiochus qui cogebat
immolare occidit in ipso tem
pore: et aram destruxit. Et
zelatus est legem: sicut fecit
phinees. zambri filio salo
mi. Et exclamavit matha
thias voce magna dicens.
Omnis qui zelum habet legis:
statuens testamentum exeat
post me. Et fugit ipse et
filii eius in montes: et reliq
uerunt quecumque habebant in
civitate. Tunc descenderunt
multi querentes iudicium et ius
ticiam in desertum. ut sederent ibi
ipsi et filii eorum. et mulieres
eorum. et pecora eorum: quoniam in
duraverunt super eos mala.
Et renunciatum est viris regis
et exercitui qui erat in ierusa
salem civitate david. quoniam
discessissent viri quidam qui
dissipaverunt mandatum re
gis. in loca occulta in deser
to: et abissent post illos mul

ti. Et statim preperūt ad eos:
et cōstituerunt adūsus eos
preliū. in die sabbatorū: et
dixerūt ad eos. Resistitis et
nūc adhuc? Exite et facite se
cūdū verbū regis: et vivetis.
Et dixerūt. Non exibimus.
neq; faciem⁹ verbū regis: ut
polluam⁹ diē sabbatorū.
Et concitaverūt adūsus eos
preliū: et non responderūt
eis. neq; oppilaverūt loca
occulta. dicētes. Moriamur
omēs in simplicitate nr̄a:
et testes erūt sup nos celū &
terra. qḋ iniuste pditis nos.
Et intulerūt eis bellū sab
batis. Et mortui sunt ipi et
uxores eorū. et filii eorū. et peco
ra eorū: usq; ad mille aīas
hoīm. Et cognovit matha
thias et amici eius: et luctū
habuerūt sup eos valde. Et
dixit vir proximo suo. Si
omnes fecerim⁹ sicut fratres
nr̄i fecerūt et nō pugnave
rim⁹ adūsus gentes pro aīa
bus nr̄is et iustificationibz
nr̄is: citius disꝑdent nos a
terra. Et cogitaverūt die il
la dicētes. Omīs homo q̄
cūq; venerit ad nos in bello
die sabbatorū. pugnem⁹ adū
sus eum: et non moriemur
omēs. sicut mortui sunt fra
tres nr̄i in occultis. Tunc cō
gregata est ad eos synago
ga iudeorū fortis viribus ex
israel: omīs volūtarius in
lege. Et omēs qui fugiebāt
a malis additi sunt ad eos:
et facti sunt illis ad firma
mentū. Et collegerūt exercitū:
et pcusserūt peccatores in ira
sua. et viros iniquos in in
dignatione sua: et ceteri fu
gerūt ad nationes ut evade
rent. Et circuivit mathathi
as et amici eius et destruxerūt
aras: et circūciderūt pueros
incircūcisos quotquot invene
rūt in finibz israel. in forti
tudīe: et psecuti sunt filios
supbie. Et pspatū ē opus in
manu eorū: et obtinuerūt le
gē de manibz gētiū et de mani
bz regū: et n̄ dederūt cornu
pctōri. Et appropīquerūt dies

mathathie moriendi: et dixit
filiis suis. Nunc confortata est
superbia et castigatio: et tempus
eversionis. et ira indignatio
nis. Nunc ergo o filii emula
tores estote legis. et date animas
vestras pro testamento patrum:
et mementote operum patrum
que fecerunt in generationibus
suis: et accipietis gloriam mag
nam et nomen eternum. Abraham
nonne in temptatione inventus
est fidelis: et reputatum est ei
ad iusticiam. Joseph in tempo
re angustie sue custodivit man
datum: et factus est dominus egip
ti. Phinees pater noster zelan
do zelum dei: accepit testamentum
sacerdocii eterni. Jhesus dum
implevit verbum: factus est
dux israel. Caleph dum testifi
catur in ecclesia: accepit he
reditatem. David in sua miseri
cordia: consecutus est sedem reg
ni in secula. Helias dum zelat
zelum legis: receptus est in ce
lum. Ananias. azarias. misa
el. credentes liberati sunt de flam
ma. Daniel in sua simplici
tate. liberatus est de ore leonum.
Et ita cogitate per generatio
nem et generationem: quia omnes
qui sperant in eum non infirman
tur. Et a verbis viri peccatoris
ne timueritis: quia gloria
eius stercus et vermis est. Hodi
e extollitur et cras non invenietur:
quia conversus est in terram
suam: et cogitatio eius periet.
Vos ergo filii confortamini et
viriliter agite in lege: quia
in ipsa gloriosi eritis. Et ecce
symon frater vester scio quod
vir consilii est: ipsum audite
semper. et ipse vobis erit pater.
Et iudas machabeus fortis
viribus a iuventute sua sit vo
bis princeps militie: et ipse
aget bellum populi. Et adducetis
vos omnes factores legis: et
vindicate vindictam populi vestri.
Retribuite retributionem genti
bus: et intendite in preceptum
legis. Et benedixit eos: et appo
situs est ad patres suos. Et
defunctus est centesimo et qua
dragesimo sexto anno: et
sepultus est a filiis suis in

sepulchris patrum suorum in
modyn: et planxerunt eum
omnis israel planctu magno.

Et surrexit Capitulum iii.

Et surrexit iudas qui voca
batur machabeus
filius eius pro eo: et adiu
vabant eum omnes fratres eius
et universi qui se coniunxerant
patri eius: et preliabantur
prelium israel cum leticia. Et di
latavit gloriam populo suo: et
induit se loricam sicut gygas.
et succinxit se arma bellica
sua in prelys: et protegebat
castra gladio suo. Similis
factus est leoni in operibus
suis: et sicut catulus leonis
rugiens in venatione. Et per
secutus est iniquos perscrutans
eos: et qui conturbabant populum
suum. eos succendit flammis.
Et repulsi sunt inimici pre
timore eius: et omnes opera
rii iniquitatis conturbati sunt:
et directa est salus in manu
eius. Et exacerbabat reges mul
tos: et letificabat iacob in
operibus suis: et in seculum me
moria eius in benedictione. Et
perambulavit civitates iuda
et perdidit impios ex eis: et
avertit iram ab israel. Et nomi
natus est usque ad novissimum
terre. Et congregavit pereuntes.
Et congregavit apollonius
gentes: et a samaria virtutem
multam et magnam ad bellan
dum contra israel. Et cognovit
iudas. et exiit obviam illi: et
percussit et occidit illum. Et ceci
derunt vulnerati multi: et reliqui
fugerunt. Et accepit spolia eo
rum. Et gladium apollony abs
tulit iudas: et erat pugnans
in eo omnibus diebus. Et audivit
seron princeps exercitus syrie
quod congregavit iudas congrega
tionem et ecclesiam fidelium secum:
et ait. Faciam michi nomen et
glorificabor in regno: et de
bellabo iudam et eos qui cum
ipso sunt: qui spernebant ver
bum regis. Et preparaverunt se. Et
ascenderunt cum eo castra impi
orum fortes auxiliary: ut face
rent vindictam in filios israel.
Et appropinquaverunt usque ad

bethoron: et exivit iudas ob
viā illi cū paucis. Ut viderūt
autē exercitū veniētē sibi ob
viā: dixerūt iude. Quomō
poterim⁹ pauci pugnare ad
multitudinē tantā tam for
tem? Et nos fatigati sumus
ieiunio hodie. Et ait iudas.
Facile est cōcludi multos in
manus paucorum: et nō est
differentia in cōspectu dei ce
li liberare in multis et in
paucis: quia nō in multi
tudine exercitus victoria belli.
sed de celo fortitudo est. Ipi
veniūt ad nos in multitudi
ne cōtumacia et supbia: ut
dispdāt nos et uxores nr̄as.
et filios nr̄os. et ut spolient
nos. Nos vero pugnabim⁹
pro animabȝ nr̄is et legibȝ
nr̄is: et ipe dn̄s cōteret eos
ante faciē nostrā. Vos aūt
ne timueritis eos. Ut cessauit
aūt loqui: insiluit in eos sub
ito: et cōtritus est seron. et ex
ercitus eius in cōspectu ipius.
Et psequebat' eum in descen
su bethoron usqȝ in campū:

et ceciderūt ex eis octingenti
viri: reliqui aūt fugerūt i
terrā philisthijm. Et cecidit
timor iude ac fratrū eius et
formido sup omēs gentes i
circuitu eorū: et pvenit ad
regem nomē eius: et de pre
liis iude narrabāt omnes
gentes. Ut aūt audiuit an
thiochus rex sermones istos
iratus est animo: et misit
et cōgregauit exercitū uni
uersi regni sui castra fortia
valde. Et aperuit erarium
suū. et dedit stipēdia exercitui
i annū: et mādauit illis ut es
sent parati ad omīa. Et vi
dit qd̄ defecit pecunia de the
sauris. et tributa regionis
modica propter dissensio
nem et plagā quā fecit in
terra. ut tolleret legitima
que erant a primis diebȝ:
et timuit ne non haberet
ut semel et bis in sūptus. et
donatiua que dederat ante
larga manu. et habūdaue
rat sup reges qui ante eum
fuerant: et consternatus erat

animo valde. Et cogitauit
ire in persidem: ut acciperet
tributa regionū. et cōgrega
ret argentū multū. Et reli
quit lysiam hominē no
bilē de genere regali super
negocia regia a flumine
eufraten usqꝫ ad flumen
egipti: et ut nutriret ānthi
ochū filiū suū donec rediret.
Et tradidit ei mediū exer
citū et elephātos. et man
dauit ei de omnibꝫ que vo
lebat et de inhabitātibus
iudeā et iherusalē: et ut mit
teret ad eos exercitū ad con
terendā et extirpandā vir
tutē israel et reliquias ihe
rusalē et auferendā memo
riā eorū de loco: et ut cōsti
tueret habitatores filios a
lienigenas in omnibus fini
bus eorū: et sorte distribue
ret terrā eorū. Et rex assūp
sit partē exercitus residui: et
exiuit ab ānthiochia ciuita
te regni sui. anno centesimo
et quadragesimo et septimo.
Et transfretauit eufraten

flumen: et perambulabat
superiores regiones. Et elegit
lysias ptolomeū filiū dori
mini. et nycanorē. et gorgi
am. viros potentes ex ami
cis regis: et misit cum eis
quadraginta milia virorū
et septē milia equitū: ut ve
nirent in terrā iuda. et disp
derent eam secundū verbū
regis. Et processerūt ut irent
cum vniūsa virtute sua: et
venerūt et applicuerūt em
maū in terra campestri. Et
audierūt mercatores regio
nū nomē eorū: et acceperūt
argentū et aurū multū val
de. et pueros: et venerūt in
castra. ut acciperet filios israel
in seruos. Et additi sunt ad
eos exercitus syrie: et terre
alienigenarū. Et vidit iu
das et fratres eius quia multi
plicata sunt mala: et exer
citus applicabat ad fines
eorū. Et cognouerūt verba
regis. que mandauit populo
facere in interitū et cōsum
mationē: et dixerūt vnus

quisque ad proximum suum. Erigamus deiectionem populi nostri: et pugnemus pro populo nostro et sanctis nostris. Et congregatus est conventus ut essent parati in prelium: et ut orarent et peterent misericordiam. et miserationes. Et ierusalem non inhabitabatur: sed erat sicut desertum. Non erat qui ingrederetur et egrederetur de natis eius: et sanctum conculcabatur: et filii alienigenarum erant in arce. Ibi erat habitatio gentium. Et ablata est voluptas ab iacob: et defecit ibi tibia et cythara. Et congregati sunt et venerunt in masphat contra ierusalem: quia locus orationis erat in masphat ante in israel. Et ieiunaverunt illa die: et induerunt se ciliciis. et cinerem in capite suo: et disciderunt vestimenta sua. Et expanderunt libros legis de quibus scrutabantur gentes similitudinem simulacrorum suorum: et attulerunt ornamenta sacerdotalia. et primitias et decimas. Et suscitaverunt nazareos qui impleverant

dies: et clamaverunt voce magna in celum dicentes. Quid faciemus istis: et quo eos ducemus? Et sancta tua conculcata sunt et contaminata sunt: et sacerdotes tui facti sunt in luctu et humilitate. Et ecce nationes convenerunt adversum nos: ut nos disperdant. Tu scis que cogitant in nos. Quomodo poterimus subsistere ante faciem illorum: nisi tu adiuves nos? Et tubis exclamaverunt voce magna. Et post hoc constituit iudas duces populi: tribunos. et centuriones. et pentecontarchos. et decuriones. Et dixit his qui edificabant domos. et sponsabant uxores. et plantabant vineas. et formidolosis: ut redirent unusquisque in domum suam secundum legem. Et moverunt castra: et collocaverunt ad austrum ammaum. Et ait iudas. Accingimini: et estote filii potentes. Estote parati in mane ut pugnetis adversum nationes has que convenerunt disperdere nos et sancta nostra.

qm melius est nos mori ī
bello: qm videre mala gē
tis nostre et sanctor. Sicut
aūt fuerit volūtas ī celo: sic
E Capitulum iiij fiat.
T assūpsit gorgi
as quinq milia vi
rorū et mille equites electos:
et mouerūt castra nocte ut
applicarēt ad castra iudeor.
ut percuterēt eos subito. Et
filij qui erāt ex arce: erant
illis duces. Et audiuit iudas:
et surrexit ipse et potentes
percutere virtutē exercituū re
gis. que erat in amaum.
Adhuc aūt dispsus erat exer
citus a castris. Et venit gorgi
as in castr iude noctu: et nemi
nē inuenīt. Et qrebāt eos ī mō
tib; quoniā dixit. Fugiūt hij
a nobis. Et cum dies factus
esset apparuit iudas ī cāpo
cum trib; milib; virorū tātū:
qui tegumēta et gladios n
habebāt. Et viderūt castra gē
tiū valida: et loricatos et eq
tatus in circuitu eor: et hij
docti ad pliū. Et ait iudas
viris qui secū erāt. Ne timue
ritis multitudinē eor: et impetū
eorū ne formidetis. Memēto
te qualiter salui facti sunt
patres nri in mari rubro:
cū sequeretur eos pharao cum
exercitu multo. Et nūc clamem
in celū et miserebit nri dns:
et memor erit testamēti pa
trū nostror. et cōteret exercitū
istū ante faciem nrām hodi
e: et scient omēs gentes quia
est qui redimat et liberet is
rael. Et leuauerūt alienige
ne oculos suos. et viderunt
eos venientes ex aduerso: et
exierūt de castris in prelium.
Et tuba cecinerūt hij qui erāt
cū iuda. et cōgressi sunt: et
cōtrite sunt gētes. et fugerūt
in cāpū. Nouissimi aūt ceci
derūt in gladio. Et psecuti sūt
eos usq gazeron: et usq in
cāpos ydumee et azoti. et
iamnie. Et ceciderūt ex illis
ad tria milia viror. Et reūsus
ē iudas + exercitus ei' sequēs eū.
et dixit ad ppl'm. Nō cōcu
piscatis spolia: qa bellū cō

ra nos ē: et gorgias ⁊ exercitus
eius in mōte prope nos. Sed
state cont̄ inimicos nostros
et expugnate eos: et post hec
sumetis spolia. Et adhuc
loquēte iuda: ecce apparuit
pars quedā, pspiciens de mō
te. Et vidit gorgias qđ in fu
gam cōuersi sunt sui: et suc
censa sūt castra. Fumus eñ
qui videbat̄: declarabat qđ
factū est. Quibꝫ illi cōspec
tis timuerūt valde: aspiciē
tes simul et iudā et exercitū
in cāpo paratū ad preliū.
Et fugerūt omēs in campo
alienigenarū: et iudas reuer
sus est ad spolia castrorum.
Et acceperūt aurū multū
et argentū et iacinctū. et pͥ
puram marinā: et opes
magnas. Et cōuersi ymnū
canebāt. et bndicebāt ī celū
qm bonus est: qm in secu
lū misericordia eius. Et fac
ta est salus magna in israel
in illa die. Quicūqꝫ aūt alie
nigenarū euaserūt: vene
rūt et nūciauerūt lisie. vniu

sa que acciderant. Quibꝫ audi
tis ille cōsternatus animo de
ficiebat: qđ nō qualia volu
it talia cōtigerūt in israel. ⁊
qualia mādauit rex. Et seq̄
ti anno cōgregauit lisias e
lector virorꝫ sexagīta milia.
et equitū quīqꝫ milia: ut de
bellaret eos. Et venerūt in iu
deam: et castra posuerūt in
bethorō. Et occurrit illis iu
das cū decē milibꝫ viris: et vi
derūt exercitū fortē. Et orauit
et dixit. Bndictus es saluator
israel qui cōtriuisti impetū
potentis in manu serui tui
dauid: et tradidisti castra ali
enigenarū in manus iona
the filij saul et armigeri eius.
Conclude exercitū istū in manu
ppli tui israel: et cōfundātur
in exercitu suo et equitibꝫ. Da
illis formidinē. et tabefac au
daciā virtutis eorꝫ: et cōmo
ueant̄ cōtritione sua. Deice
eos gladio diligentiū te: et
collaudent te omēs qui nouerūt
nomē tuū in ymnis. Et com
miserūt: et ceciderūt de exercitu

lisie quinq; milia viror. Videns
aūt lisias suor fugā. et iudeo
rū audaciā. et qđ parati sūt
aut vivere aut mori fortiter:
abijt anthiochiā et elegit mi
lites. ut multiplicati rursus ve
nirēt in iudeā. Dixit aūt iudas
et fratres eius. Ecce cōtriti sunt
inimici nr̄i: ascendam⁹ nūc mū
dare sancta et renouare. Et cō
gregatus est omnis exercitus:
et ascenderūt in montē syon.
Et viderūt sanctificationē deser
tam. et altare pphanatū. et
portas exustas: et in atrijs vir
gulta nata sicut in saltu et i
mōtib;. et pastoforia diruta.
Sciderūt vestimēta sua. et plāx
erūt planctu magno: et impo
suerūt cinerē sup caput suū:
et ceciderūt in faciē sup terrā.
Et exclamauerūt tubis signo
rū: et clamauerūt in celum.
Tunc ordinauit iudas viros
ut pugnarēt adūsus eos q
erāt in arce: donec emūdarēt
sancta. Et elegit sacerdotes si
ne macula volūtatē habētes
in lege dei. Et mūdauerūt sāc
ta: et tulerūt lapides cōtami
nationis in locū imūdū. Et
cogitauit de altari holocau
storū qđ pphanatū erat: qđ
de eo faceret. Et incidit illi cō
siliū bonū ut destruerent illud:
ne forte esset illis in obpprobri
um: quia cōtaminauerunt
illud gentes. et demoliti sūt
illud. Et reposuerūt lapides
in monte domus in loco ap
to: quoadusq; veniret pphēta
et respōderet de eis. Et accepe
rūt lapides integros scđm
legem: et edificauerūt altāe
nouū. secundū illud quod
fuit prius. Et edificauerunt
sancta. et que intra domū/
trinsecus: et edem et atria sāc
tificauerūt: et fecerūt vasa
sancta noua. Et intulerunt
candelabrū et altare incensor.
et mensā in templū: et in
cēsū posuerūt sup altare. Et ac
cenderūt lucernas que sup
candelabrū erant: et lucebāt
in tēplo. Et posuerūt sup
mensā panes et appēderunt
vela: et cōsūmauerūt oīa

pera que fecerunt. Et ante ma
tutinũ surrexerunt quinta et
vicesima mẽsis noni. hic mẽ
sis casleu. cẽtesimi quadrage
simi octaui anni: et obtule
runt sacrificiũ secundũ legẽ sup
altare holocaustorum nouum
quod fecerunt. Secundũ tẽpus
et secundũ diem in qua cõta
minauerunt illud gentes: ĩ ipsa
renouatũ est in cãticis. et ci
tharis. et cynaris. et cĩbalis.
Et cecidit omnis ppłs ĩ faciẽ
et adorauerunt: et bñdixerunt
in celũ eũ qui prosperauit eos.
Et fecerunt dedicationẽ altaris
diebus octo: et obtulerunt ho
locausta cũ leticia et salutã
ria laudis. Et ornauerunt faci
em tẽpli coronis aureis. et
scutulis: et dedicauerunt por
tas et pastoforia: et iposuerũt
eis ianuas. Et facta est leticia
valde magna in ppło: et auer
sum est obprobriũ gentium.
Et statuit iudas et fratres ei⁹
et vniuersa ecclesia isrł: ut
agatur dies dedicationis al
taris in tẽporibꝫ suis. ab ãno
in annũ per dies octo. a qũta
et vicesima mẽsis casleu cũ
leticia et gaudio. Et edifica
uerunt in tẽpore illo montẽ
syon. et per circuitũ muros
altos et turres firmas: nequãdo
venirent gentes et conculcarẽt
eũ sicut antea fecerunt. Et col
locauit illic exercitũ ut serua
rent eũ: et muniuit eũ ad
custodiendũ bethsurã: ut ha
beret ppłs munitionẽ cõtra
faciem ydumee. Caplm v.

Et factũ est ut audi
erunt gentes ĩ circui
tu quia edificatũ
est altare et sanctuariũ sicut
prius: irate sũt valde. Et co
gitabãt tollere genus iacob
qui erãt int eos: et ceperũt
occidere de ppło et psequi. Et
debellabat iudas filios esau
in ydumea. et eos qui erant
in acrabattane. quia circũse
debãt israelitas: et percussit eos
plaga magna. Et recordatus
est malicia filiorũ bean. qui
erant ppło in laqueũ. et in
scandalũ. insidiãtes ei ĩ via:

et conclusi sunt ab eo in turribus. Et
applicavit ad eos et anathematiza
vit eos: et incendit turres eorum igni
cum omnibus qui in eis erant. Et
transiit ad filios ammon: et in
venit manum fortem et populum co
piosum. et thimotheum ducem
ipsorum. Et commisit cum eis prelia
multa: et contriti sunt in conspec
tu eorum: et percussit eos. Et cepit
iazer civitatem et filias eius:
et reversus est in iudeam. Et con
gregate sunt gentes que sunt
in galaad adversus israelitas
qui erant in finibus eorum ut tolle
rent eos: et fugerunt in dathe
man munitionem. Et miserunt
litteras ad iudam et fratres eius
dicentes. Congregate sunt ad
versum nos gentes per circuitum
ut auferant nos et parant ve
nire et occupare munitionem
in quam confugimus: et thimo
theus est dux exercitus eorum.
Nunc ergo veni eripe nos de
manibus eorum: quia cecidit
multitudo de nobis: et omnes
fratres nostri qui erant in locis
ubique interfecti sunt. Et captivas
abduxerunt uxores eorum et na
tos et spolia: et perceperunt illic
ferme mille viros. Et adhuc
epistole legebantur: et ecce a
lii nuntii venerunt de galilea con
scissis tunicis nuntiantes secun
dum verba hec. dicentes convenis
se adversum se a ptolomaida et
tyro. et sydone: et repleta est
omnis galilea alienigenis ut
nos consumant. Ut audivit
autem iudas et populus sermones
istos: convenit ecclesia magna
cogitare quid facerent fratri
bus suis qui in tribulatione
erant. et expugnabantur ab
eis. Dixitque iudas symoni fra
tri suo. Elige tibi viros: et va
de et libera fratres tuos in gali
lea. Ego enim et frater meus io
nathas ibimus in galaaditim.
Et reliquit iosephum filium za
charie et azariam duces populi
cum residuo exercitu in iudea
ad custodiam: et precepit illis di
cens. Prestote populo huic: et
nolite bellum committere adver
gentes donec revertamur. Et dati
sunt symoni viri tria milia

lis venit in galileā: iude aūt
octo milia in galaādithim.
Et abijt symō in galileā: et
cōmisit prelia multa cū genti
bus. Et cōtrite sūt gentes a fa
cie eius: et persecutus est eos usq
ad portā ptolomaidis. Et ce
ciderūt de gentibꝫ fere tria mi
lia virorū: et accepit spolia
eoꝝ. Et assūpsit eos qui erant
in galilea et in arbatis cū ux
oribꝫ et natis. et omnibꝫ que e
rant illis: et adduxit in iudeā
cū leticia magna. Et iudas
machabeus et ionathas et
fratres eius trāsierūt iordanē:
et abierūt viā triū dierū per
desertū. Et occurrerūt eis na
buthei et susceperūt eos paci
fice: et narrauerūt eis omnia
que acciderāt fratribꝫ eoꝝ in
galaādite: et quia multi ex
eis cōprehensi sunt in barasa.
et bosor et in alimis. et ī cas
phor. et mageth. et carnaym.
Hee omnes ciuitates munite et
magne. Sed et in ceteris ciui
tatibꝫ galaāditidis. tenentur
cōprehensi. Et in crastinū cō
stituerūt admouere exercitū ci
uitatibꝫ hijs: et cōprehendere
et tollere eos in vna die. Et cō
uertit iudas et exercitus eius
viā in desertū bosor repente:
et occupauit ciuitatē. Et occi
dit omnē masculū in ore gla
dij: et accepit omnia spolia
eoꝝ: et succendit eā igni. Et sur
rexerūt inde nocte: et ibāt usq
ad munitionē. Et factū est di
luculo cū alleuassent oculos
suos: et ecce populus multus cuius
nō erat numerus. portantes
scalas et machinas. ut cōpre
henderēt munitionē. et expug
narēt eos. Et vidit iudas quia
cepit bellū: et clamor belli
ascendit ad celū sicut tuba.
et clamor magnus de ciuita
te: dixit exercitui suo. Pugna
te hodie pro fratribꝫ vr̄is. Et venit
tribꝫ ordinibꝫ post eos. Et ex
clamauerūt tubis: et clama
uerūt in oratione. Et cogno
uerūt castra thimothei quia
machabeus est: et refugerūt
a facie eius. Et percusserūt eos
plaga magna. Et ceciderunt

ex eis in illa die fere octo milli
a virorū. Et divertit iudas ī
maspha: et expugnavit et
cepit eā. Et occidit omnē mas
culū eius. et sūpsit spolia eius:
et succēdit eā igni. Inde perrexit
et cepit casbon. et maged. et
bozor: et reliquas civitates
galaaditidis. Post hec autē
verba cōgregavit thimothe
us exercitū aliū: et castra posuit
cōtra raphō. trans torrentē.
Et misit iudas speculari exer
citū. Et renūciaverūt ei dicen
tes. quia cōvenerūt ad eum
omnes gentes q̄ in circuitu nr̄o
sūt exercitus multus nimis:
et arabas cōduxerūt in aux
iliū sibi: et castra posuerūt
trans torrentē. parati venire
ad te in preliū. Et abiit iudas
obviā illis. Et ait thimotheus
principibus exercitus sui. Cū ap
propiaverit iudas et exercitus
eius ad torrentē aque: si tran
sierit ad nos prior nō pote
rimus sustinere eū: quia potens
poterit adversū nos. Si vero
timuerit transire et posu
erit castra extra flumē: transfretemus ad eos. et poterimus
adversus illū. Ut autē appropi
quavit iudas ad torrentē aque:
statuit scribas populi secus tor
rentē. et mādavit eis dicens.
Neminē hominem reliqueritis: sed
veniāt omnes in preliū. Et trans
fretavit ad illos prior: et omnis
populus post eū. Et cōtrite sunt
ante faciē eorum omnes gentes:
et proiecerūt arma sua: et
fugerūt ad fanū quod erat ī car
naym. Et occupavit ipsam
civitatē: et fanū succendit
igni. cū omnibus qui erāt ī ipso.
Et oppressa est carnaym: et nō
potuit sustinere cōtra faciem
iude. Et cōgregavit iudas uni
versos israelitas qui erāt in
galaaditide a minimo usque ad
maximū. et uxores eorū et
natos. et exercitū magnū val
de: ut venirēt in terrā iude.
Et venerūt usque ephron. Et
hec civitas magna ī ingressu
posita munita valde: et nō
erat declinare ab ea dextra vel
sinistra: sed per mediā iter erat.

Et incluserunt se qui erant in ci
uitate: et obstruxerunt portas
lapidibus. Et misit ad eos iudas
verbis pacificis dicens. Transe
amus per terram vestram ut eamus
in terram nostram: et nemo vo
bis nocebit: tantum pedibus trans
ibimus. Et nolebant eis aperire.
Et precepit iudas predicare in cas
tris: ut applicarent unusquisque
in quo erat loco. Et applicue
runt se viri virtutis: et oppug
nauit ciuitatem illam tota die
et tota nocte: et tradita est ci
uitas in manu eius. Et pereme
runt omnem masculum in ore gla
dii: et eradicauit eam. Et accepit
spolia eius: et transiit per to
tam ciuitatem super interfectos.
Et transgressi sunt iordanem
in campo magno. contra faciem
bethsan. Et erat iudas congre
gans extremos: et exhortaba
tur populum per totam viam. donec
venerunt in terram iuda. Et ascen
derunt in montem syon cum leticia
et gaudio: et obtulerunt holo
causta. quod nemo ex eis cecidis
set. donec reuerterentur in pace.

Et in diebus quibus erat iudas
et ionathas in terra galaad.
et symon frater eius in galile
a. contra faciem ptolomaidis:
audiuit iosephus zacharie
filius. et azarias princeps vir
tutis res bene gestas. et prelia
que facta sunt: et dixit. Faciamus
et ipsi nobis nomen: et eamus
pugnare aduersum gentes que
in circuitu nostro sunt. Et precepit
hiis qui erant in exercitu suo:
et abierunt iamniam. Et exiuit
gorgias de ciuitate et viri eius
obuiam illis in pugnam: et fu
gati sunt iosephus et azari
as usque in fines iude. Et ceci
derunt illa die de populo israel ad
duo milia viri. Et facta est
fuga magna in populo:
quia non audierunt iudam et fra
tres eius: existimantes se fortiter
facturos. Ipsi autem non erant
de semine virorum illorum: per
quos salus facta est in israel.
Et viri iude magnificati sunt
valde in conspectu omnis israel.
et gentium omnium ubi audie
batur nomen eorum: et conuenerunt

ad eos fausta acclamātes.
Et exiuit iudas et fratres eius
et expugnabāt filios esau ī
terra que ad austrū est. Et p
cussit chebron et filias eius.
et muros eius: et turres succē
dit in circuitu. Et mouit cas
tra ut iret in terrā alienige
narū: et pābulabat sama
riā. In illa die ceciderūt sacer
dotes in bello. dū vult fortit
facere: dum sine cōsilio exyt
in preliū. Et declinauit iudas
in azotū in terra alienigena
rū: et vidit aras eorū: et spo
lia deorū ipsorū succendit igni.
Et cepit spolia ciuitatū: et
reuersus est in terrā iuda. Ca
ET rex anthio pl' vi.
chus perambulauit
superiores regiones.
Et audiuit esse ciuitatem e
limaide in perside nobilissi
mā et copiosā in argento
et auro tēplūq; in ea locu
ples valde: et illic velamina
aurea. et lorice. et scuta que
reliquit alexander philippi
rex macedo. qui regnauit
primus in grecia. Et venit
et querebat ciuitatē capere et
predari eā et nō potuit: quō
innotuit sermo hys qui erant
in ciuitate: et insurrexerūt in
preliū. Et fugit inde. et abyt
cū tristicia magna: et reuersus
est babiloniā. Et venit qui
nūciaret ei in perside quia fuga
ta sunt castra que erāt in terra
iuda. et quia abyt lisias cū
virtute forti in primis. et fu
gatus est a facie iudeorū: et in
ualuerūt armis et viribus et
spolys multis que ceperunt
in castris que exciderūt: et quia
diruerunt abhominationē quā
edificauerat sup altare quod
erat in ierlm. et sanctificatio
nē sicut prius circūdederūt mu
ris excelsis: sed et bethsuram
ciuitatē suā. Et factū est ut au
diuit rex sermones istos: expa
uit et cōmotus est valde. Et
decidit in lectū et incidit in
lāguorē pre tristicia: quia nō
est factū sicut cogitabat. Et
erat illic dies multos: quia reno
uata est in eo tristicia magna.

Et arbitratus est se mori. Et
vocavit omnes amicos suos:
et dixit illis. Recessit somnus
ab oculis meis: et concidi et
corrui corde pre sollicitudine:
et dixi in corde meo. In quantam
tribulationem deveni. et in quos
fluctus tristicie in qua nunc
sum: quia iocundus eram. et
dilectus in potestate mea.
Nunc vero reminiscor malorum
que feci in ierusalem. unde abstu
li omnia spolia argentea et
aurea que erant in ea: et mi
si auferri habitantes iudeam
sine causa. Cognovi ergo quia
propterea invenerunt me mala
ista: et ecce pereo tristicia ma
gna in terra aliena. Et vocavit
philippum unum de amicis suis
et preposuit eum super universum
regnum suum: et dedit ei dyade
ma et stolam suam. et anulum: ut
adduceret anthiochum filium
suum et nutriret eum et regnaret.
Et mortuus est illic anthiochus
rex: anno centesimo quadragesimo
nono. Et cognovit lisias quoniam
mortuus est rex: et constituit
regnare anthiochum filium eius
quem nutrivit adolescentem. et
vocavit nomen eius eupator.
Et hii qui erant in arce concluse
rant israel in circuitu sanctorum.
et querebant eis mala semper
ad firmamentum gentium. Et
cogitavit iudas disperdere eos:
et convocavit universum populum
ut obsiderent eos. Et convenerunt
simul: et obsiderunt eos anno
centesimo quinquagesimo. Et
fecerunt balistas et machinas.
Et exierunt quidam ex eis qui ob
sidebantur: et adiunxerunt se illis
aliqui ex impiis israel: et abi
erunt ad regem et dixerunt. Quo
usque non facis iudicium: et
vindicas fratres nostros? Nos
decrevimus servire patri tuo et
ambulare in preceptis eius: et
obsequi edictis eius. Et filii populi
nostri propter hoc abalienabant
se a nobis: et quicumque inveniebantur
ex nobis interficiebantur:
et hereditates nostras diripiebant.
Et non ad nos tantum extenderunt
manum: sed et in omnes fines
nostros. Et ecce applicuerunt ho

die ad arcē in ierl'm occupare
eā: et munitionē in bethsura
munierūt. Et nisi p̄ueneris e
os velocius. maiora q̄m hec
facient: nec poteris obtinere
eos. Et iratus est rex ut audi
uit: et cōuocauit omēs amicos
suos et principes exercitus sui.
et eos qui sup equites erant.
Sed et de regnis alijs et de in
sulis. et maritimis venerūt
ad eū: exercitus conductitius.
Et erat numerus exercitus cē
tū milia peditū. et viginti
milia equitū: et elephanti tri
gintaduo docti ad preliū. Et
venerūt per ydumeā et appli
cuerūt ad bethsurā: et pugna
uerūt dies multos. Et fecerunt
machinas. Et exierūt et succē
derūt eas igni: et pugnauerūt
viriliter. Et recessit iudas ab
arce: et admouit castra ad
bethzachara cōtra castra re
gis. Et surrexit ante lucē: et
concitauit exercitus impetū
cōtra viā bethzacharā. Et cō
parauerūt se exercitus in pre
liū: et tubis cecinerūt: et ele
phātis ostenderūt sanguinē
uue et mori. ad acuendos eos
in preliū. Et diuiserūt bestias
per legiones. Et astiterunt
singulis elephātis mille viri i
loricis cōcathenatis: et galee
eree in capitibz eorū: et qīn
genti equites ordinati. vni
cuiqz bestie electi erāt. Hij ante
tēpus ubicūqz erat bestia ibi
erant: et quocūqz ibat ibāt:
et nō discedebāt ab ea. Sed
et turres ligneę sup eas firme.
protegētes sup singulas be
stias: et sup eas machine. Et
sup singulas viri virtutis tri
gintaduo. qui pugnabant
desup: et intus magister be
stie. Et residuū equitatū hinc
et inde statuit. in duas par
tes tubis exercitū cōmouere:
et urgēre cōstipatos i legio
nibz eius. Et ut refulsit sol in
clipeos aureos et ereos: et re
splenduerūt mōtes ab eis: et
resplenduerūt sicut lāpades
ignis. Et distincta est pars
exercitus regis per montes
excelsos. et alij per loca hu

milia: et ibant caute et ordina-
te. Et commovebantur omnes inha-
bitantes a voce multitudinis e-
orum et incessu turbe et collisione
armorum. Erat enim exercitus ma-
gnus valde et fortis. Et appropi-
avit iudas et exercitus eius in
prelium: et ceciderunt de exercitu
regis sexcenti viri. Et vidit ele-
azar filius saura unam de bes-
tiis loricatam loricis regis: et
erat eminens super ceteras bes-
tias: et visum est ei quod in ea esset
rex. Et dedit se ut liberaret po-
pulum suum: et acquireret sibi nomen
eternum. Et cucurrit ad eam au-
dacter in medium legionis. inter-
ficiens a dextris et a sinistris:
et cadebant ab eo huc et illuc.
Et ivit sub pedes elephanti:
et supposuit ei. et occidit eum.
Et cecidit in terram super ipsum: et
mortuus est illic. Et videntes
virtutem regis et impetum exerci-
tus eius: diverterunt ab eis.
Castra autem regis ascenderunt
contra eos in ierusalem. Et appli-
cuit castra regis ad iudeam et
montem syon. Et fecit pacem
cum hiis qui erant in bethsura.
Et exierunt de civitate: quia non
erant eis ibi alimenta conclu-
sis: quia sabbata erant terre.
Et comprehendit rex bethsuram:
et constituit illic custodiam ser-
vare eam. Et convertit castra ad
locum sanctificationis dies mul-
tos. Et statuit illic balistas
et machinas. et ignis iacula.
et tormenta. ad lapides iactan-
dos: et spicula. et scorpios.
ad mittendas sagittas. et fun-
dibula. Fecerunt autem et ipsi ma-
chinas adversus machinas
eorum: et pugnaverunt dies mul-
tos. Esce autem non erant in civi-
tate. eo quod septimus annus es-
set: et qui remanserant in iude-
a de gentibus consumpserant reliquias
eorum que reposite fuerant. Et re-
manserunt in sanctis viri pauci:
quia obtinuerat eos fames: et
dispersi sunt unusquisque in lo-
cum suum. Et audivit lisias quod
philippus quem constituit rex
anthiochus cum adhuc viveret
ut nutriret anthiochum filium
suum. et regnaret. reversus esset

a psyde et media. et exercitus q̄
abierat cū ipso. et quia querit sul
cipe regni negocia: festinauit
ire et dicere ad regē et duces ex
ercitus. Deficim⁹ cotidie. et esca
nobis modica est. et locus quē
obsidem⁹ munitus est: et incū
bit nobis ordinare de regno.
Nunc itaq; demus dextras ho
tare genus nrm a deo esse de
relictū. Paciēter sustine: et vi
debis. magna potestas ipi
qualit te et semen tuū torq
bit. Post hūc ducebāt sex
tū. Et is mori incipiēs sic ait.
Noli frustra errare. Nos enī
propter nosmetipsos hec pa
timur peccātes in deū nostrū:
et digna admiratione facta
sunt in nobis. Tu aūt ne ex
istimes tibi īpune futurum:
qd contra deū pugnare tēp
taueris. Supra modū aūt
mater mirabilis et bonorū
memoria digna. que pereun
tes septem filios sub unius
diei tempore conspiciens. bo
no animo ferebat propter spem
quā in deū habebat: singu
los illorz hortabatur patria
voce fortiter repleta sapiētia.
Et femineae cogitationi ma
sculinū animū inserens: dix
ad eos. Nescio qualiter in

utero meo apparuistis. Neque enim ego spiritum et animam donavi vobis et vitam: et singulorum membra non ego ipsa compegi. Sed enim mundi creator qui formavit hominis nativitatem. quique hominum invenit originem. et spiritum vobis iterum cum misericordia reddet et vitam: sicut nunc vosmetipsos despicitis propter leges eius. Anthiochus autem contempni se arbitrans simul et exprobrantis voce despecta: cum adhuc adolescentior superesset. non solum verbis hortabatur. sed et iuramento affirmabat divitem se et beatum facturum: et translatum a patriis legibus amicum habiturum. et res necessarias prebiturum. Sed ad hec cum adolescens nequaquam inclinaretur: vocavit rex matrem et suadebat ut adolescenti fieret in salutem. Cum autem multis eam verbis esset hortatus: promisit suasuram se filio suo. Itaque inclinata ad illum: irridens crudelem tyrannum ait patria voce. Fili miserere mei que te in utero decem menses portavi. et lac triennium dedi et alui: et in etatem istam perduxi. Peto nate ut aspicias in celum et terram et ad omnia que in eis sunt: et intelligas quia ex nichilo fecit illa deus. et hominum genus. Ita fit. ut non timeas carnificem istum: sed dignus fratribus tuis effectus suscipe mortem: ut in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. Cum hec illa adhuc diceret: ait adolescens. Quem sustinetis? Non obedio precepto regis: sed precepto legis. que data est nobis per moysen. Tu vero qui inventor omnis malicie factus es in hebreos: non effugies manum dei. Nos enim pro peccatis nostris hec patimur. Et si nobis propter increpationem et correptionem dominus noster modicum iratus est: sed iterum reconciliabitur servis suis. Tu autem o scelestę et omnium hominum flagiciosissime: noli frustra extolli vanis spebus in servos eius inflammatus. Nondum enim omnipotentis dei

et omnia inspicientis iudicium ef-
fugisti. Nam fratres mei mo-
dico nunc dolore sustentato. sub
testamento eterne vite effecti sunt:
tu vero iudicio dei iustas sup-
bie penas solues. Ego autem si-
cut fratres mei animam et cor-
pus meum trado pro patriis le-
gibus: inuocans deum maturi-
us genti nostre propicium fieri: te-
que cum tormentis et verberibus
confiteri quod ipse est deus solus.
In me vero et in fratribus meis
desinet omnipotentis ira: que
sup omne genus nostrum iuste
superducta est. Tunc rex accen-
sus ira in hunc sup omnes
crudelius deseuit: indigne fe-
rens derisum se. Et hic itaque mun-
dus obiit: per omnia in domino
confidens. Nouissime autem et ma-
ter consummata est. Igitur de sa-
crificiis et de nimiis crudelita-
tibus satis dictum est. Capitulum viii

Judas vero machabe-
us et qui cum illo erant:
introibant latenter in
castella. Et conuocantes cog-
natos et eos qui permanse-
rant in iudaismo assumentes:
eduxerunt ad sex milia virorum.
Et inuocabant dominum ut respice-
ret in plebem qui ab omnibus
calcabatur: misereretur templo
quod contaminabatur ab im-
piis: misereretur etiam exter-
minio ciuitatis que esset
illico complananda. et vocem
sanguinis ad se clamantis
audiret: memoraretur quoque
iniquissimas mortes inno-
centium paruulorum. et blasphe-
mias nomini suo illatas: et
indignaretur sup hiis. At
machabeus congregata mul-
titudine: intollerabilis gen-
tibus efficiebatur. Ira enim domini
in misericordiam conuersa est.
Et superueniens castellis et
ciuitatibus improuisus: succen-
debat eas. Et oportuna lo-
ca occupans: non paucas
hostium strages dabat. Max-
ime autem noctibus ad huius-
cemodi excursus ferebatur:
et fama virtutis eius ubique
diffundebatur. Videns autem phi-
lippus paulatim virum ad pro-

fectū venire. ac frequētius res
ei prospere cedere: ad ptolome
um ducē celesyrie et fenicis
scripsit. ut auxiliū ferret regis
negociis. At ille velociter mi
sit nycanorē patrocli de pri
moribꝫ amicū. datis ei permix
tis gentibus armatis non
minus viginti milibꝫ. ut v
niuersū iudeorū genus deleret:
adiuncto ei gorgia viro mili
tari. et in bellicis rebus expe
rientissimo. Constituit aūt
nycanor regi: ut tributū ro
manis quod erat dandum
duo milia talentorū de cap
tiuitate iudeorū suppleret.
Statimqꝫ ad maritimas ciui
tates misit. cōuocās ad co
emptionē iudaicorū mancipi
orū: promittēs se nonagi
ta mancipia talento distrac
turū: non respiciens ad vin
dictā que eū ab omnipotēte
esset cōsecutura. Iudas autē
ubi cōperit: indicauit hiis q
secū erant iudeis. nicanoris
aduentū. Ex quibꝫ quidā for
midātes et non credētes dei iu

sticie: in fugā vertebantur. Alij
vero siqui de hiis superant ve
niebant: simulqꝫ dnm̄ depreca
bantur. ut eriperet eos ab impio
nicanore. qui eos priusqm̄ in
cominus veniret vendiderat:
et si non propter eos. sed propter
testamentū quod erat ad pa
tres eorū: et propter inuocationē
sancti et magnifici nominis eius
sup ipsos. Conuocatis autē
machabeus septē milibꝫ qui
cum ipso erant rogabat ne
hostibus reconciliarentur. neqꝫ
metirent inique venientiū
aduersū se hostiū multitudinē:
sed fortiter cōtenderēt ante o
culos habentes cōtumeliā q
in loco sancto ab hiis iniuste
esset illata: itemqꝫ et ludibrio
habite ciuitatis iniuriā: adhuc
etiā veterū instituta cōuulsa.
Nam illi quidem armis cōfi
dunt ait. simul et audacia:
nos autem in omnipotente
dnō qui potest et venientes
aduersū nos. et vniuersū mū
dū vno nutu delere cōfidim9.
Ammonuit autē eos et de aux

illys dei que facta sunt erga
parentes. et sub semnache-
rib centū octoginta quinqꝫ
milia perierūt: et de prelio
quod eis adūsus galathas
fuit in babilonia: ut om-
nes ubi ad rem ventū est.
macedonibꝫ socijs hesitā-
tibꝫ. ipsi sex milia soli pe-
remerūt centū viginti milia
auxiliū illis datū e celo: et
beneficia pro hys plurima
consecuti sūt. Hys verbis
constātes effecti sunt: et pro
legibꝫ et patria mori parati.
Constituit itaqꝫ fratres su-
os duces utriqꝫ ordini. sy-
monē et iosephū et iona-
thā: subiectis unicuiqꝫ mil-
lenis et quingentenis. Ad
hoc etiā ab ezra lecto illis
sancto libro. et dato signo:
adiutorio dei in prima acie
ipse dux comisit cū nicano-
re. Et facto sibi adiutore om-
nipotente: interfecerūt super
novem milia hominū. Ma-
iorē aūt partē exercitus ni-
canoris vulneribꝫ debilem

factam: fugere cōpulerunt.
Pecunijs vero eorꝫ qui ad
emptionē ipsorū venerant
sublatis: ipsos usqꝫquaqꝫ
psecuti sunt. Sed reversi st
hora cōclusi. Nam erat ante
sabbatū. Quā ob causam
non pseveraverūt insequē-
tes. Arma aūt ipsorꝫ et spo-
lia cōgregātes. sabbatum
agebant: bndicētes dnm
qui liberavit eos in isto die.
misericordie initiū stillans
in eos. Post sabbatū vero
debilibꝫ et orphanis et vidu-
is diviserunt spolia: et resi-
dua ipsi cum suis habuere.
Hys ita gestis et cōmuni-
ter ab omībꝫ facta obsecra-
tione: misericordē dnm pos-
tulabāt ut in finē servis su-
is reconciliaret. Et hys qui cū
thimotheo et bachide erant
contra se contendentes super
viginti milia interfecerūt: et
munitiones excelsas obtinu-
erūt: et plures predas divi-
serūt. equā portionē debili-
bus. pupillis. et viduis. sed

et senioribus facientes. Et cum arma eorum collegissent: diligenter omnia composuerunt in locis oportunis. Residua vero spolia iherosolimam detulerunt: et philarcen qui cum thimotheo erat interfecerunt: virum scelestum qui in multis iudeos afflixerat. Et cum epichinia agerent in iherosolimis. eos qui sacras ianuas incenderant id est callistenen. cum in quoddam domicilium refugisset incenderunt: digna ei mercede pro impietatibus suis reddita. Facinorosissimus autem nichanor qui mille negociantes ad iudeorum venditionem adduxerat. humiliatus auxilio domini ab hiis quos nullos existimauerat: deposita veste glorie per mediterranea fugiens solus venit anthiochiam: summam infelicitatem de interitu sui exercitus consecutus. Et qui promiserat romanis se tributum restituere de captiuitate iherosolimorum. predicabat nunc protectorem deum habere iudeos: et ob ipsum inuulnerabiles esse. eo quod sequerentur leges ab ipso constitutas. Capitulum nonum.

Eodem tempore anthiochus inhoneste reuertebatur de perside. Intrauerat enim eam que dicitur persipolis: et temptauit spoliare templa et ciuitatem opprimere. Sed multitudine ad arma concurrente: in fugam versi sunt. Et ita contigit: ut anthiochus post fugam turpiter rediret. Et cum venisset circa egbathanam: recognouit que erga nicanorem et thimotheum gesta sunt. Elatus autem in ira: arbitrabatur se iniuriam illorum qui se fugauerant posse in iudeos retorquere. Ideoque iussit agitari currum. sine intermissione agens iter: celesti eum iudicio perurgente. quod ita superbe locutus est. venturum se iherosolimam. et congeriem sepulchri iudeorum eam facturum. Sed qui vni

uersa cōspicit dn̄s deus isrl̄.
pcussit eū insanabili et inui
sibili plaga. Vt eni finiuit
hūc ipsū sermonē: apphen
dit eū dolor dirus uiscerū.
et amara internorū tormēta.
Et quidē satis iuste: quippe q̄
multis et nouis cruciatibȝ a
lioꝝ torserat uiscera: licet il
le nullo modo a sua malicia
a cessaret. Sup hec aūt sup
bia repletus. ignē spirans
animo in iudeos et pcipiēs
accelerare negotiū: cōtigit
illū impetu euntē de curru
cadere. et graui corporis col
lisione mēbra uexare. Isq;
qui sibi uidebatur etiā fluc
tibȝ maris imperare. supra
hūanū modū supbia re
pletus. et montiū altitudi
nes in statera appendere:
nūc humiliatus ad terrā in
gestatorio portabat. ma
nifestam dei uirtutē in se
metipso cōtestans: ita ut
de corpore impii uermes sca
turirēt. ac uiuētes in dolori
bȝ carnes eius effluerēt: odo

re etiā illius et fetore exercit'
grauaret. Et qui paulo ātē
sydera celi cōtingere se arbit
batur: eū nemo poterat pp
ter intollerantiā fetoris por
tare. Hinc igit cepit ex graui
supbia deductus ad agnitio
nem sui uenire. diuina ā
monitus plaga: per mo
menta singula. doloribus
suis augmēta capiētibus.
Et cum nec ipse iā fetorem
suū ferre posset: ita ait. Ius
tū est subditū esse deo: et
mortalē non paria deo sē
tire. Orabat aūt hic scelest
tus dn̄m: a quo nō esset mi
sericordiā cōsecuturus. Et ciui
tatē ad quā festinans ueniebat
ut eam ad solū deduceret ac
sepulchrū cōgestoꝝ faceret:
nūc optat liberā reddere. Et
iudeos quos nec sepultura
quidē se dignos habiturū.
sed auibus et feris diripien
dos traditurū. et cū paruulis
exterminaturū dixerat: equales
nūc atheniensibȝ facturum
pollicet. Templū etiā sctm̄

quod prius expoliauerat.
optimis donis ornaturum. et
sancta vasa multiplicaturum.
et pertinentes ad sacrificia sum-
ptus de redditibus suis presta-
turum: super hec et iudeum futu-
rum. et omnem locum terre pera-
mbulaturum. et predicaturum
dei potestatem. Sed non cessan-
tibus doloribus superuenerat enim
in eum iustum iudicium: despe-
rans scripsit ad iudeos in mo-
dum deprecationis epistolam
hec continentem. Optimis ci-
uibus iudeis plurimam salutem
et bene valere et esse felices:
rex et princeps antiochus. Si
bene valetis et filii vestri. et
ex sententia vobis cuncta sunt:
maximas agimus gratias.
Et ego in infirmitate consti-
tutus vestri autem benigne me-
mor. reuersus de persidis locis
et in infirmitate graui appre-
hensus. necessarium duxi pro
communi utilitate curam habere:
non desperans memetipsum
sed spem multam habeo effu-
giendi infirmitatem. Respi-
ciens autem quod et pater meus
quibus temporibus in locis supe-
rioribus ducebat exercitum. osten-
dit qui post se susciperet prin-
cipatum: ut siquid contrarium
accideret. aut difficile nuncia-
retur. scientes hii qui in regioni-
bus erant cui esset rerum summa
derelicta. non turbarentur. Ad hec
considerans de proximo poten-
tes quosque et vicinos temporibus
insidiantes et euentum expectan-
tes: designaui filium meum an-
tiochum regem. quem sepe recur-
rens in superiora regna multis
vestrum commendabam: et scripsi
ad eum que subiecta sunt.
Oro itaque vos et peto me-
mores beneficiorum publice
et priuatim: ut vnusquisque con-
seruet fidem ad me et ad filium
meum. Confido enim eum modeste
et humane acturum: et sequen-
tem propositum meum communem
vobis fore. Igitur homicida
et blasphemus pessime per-
cussus: et ut ipse alios trac-
tauerat. peregre in montibus
miserabili obitu vita functus

est. Transferebat autem corpus
philippus collactaneus eius.
Qui metuens filium anthio-
chi: ad ptolomeum philome-
torem in egiptum abiit. Capitulum x.
Machabeus autem et
qui cum illo erant
domino se protegente
templum quidem et civitatem re-
cepit: aras autem quas alie-
nigene per plateas struxerant.
itemque delubra demolitus est.
Et purgato templo. aliud al-
tare fecerunt: et de ignitis la-
pidibus igne concepto obtule-
runt sacrificia post biennium:
et incensum et lucernas. et pa-
nes propositionis posuerunt.
Quibus gestis rogabant dominum
prostrati in terram: ne amplius
malis talibus inciderent. Sed
et siquando peccassent ut ab ipso
mitius corriperentur: et non
barbaris ac blasphemis
hominibus traderentur. Qua die
autem templum ab alienigenis
pollutum fuerat: contigit eadem
die purgationem fieri. vicesi-
ma et quinta mensis qui fuit
casleu. Et cum leticia diebus
octo egerunt. in modum taber-
naculorum: recordantes quod ante
modicum temporis diem sollempnem
tabernaculorum. in montibus
more bestiarum egerant. Propter
quod tyrsos et ramos viri-
des et palmas preferebant ei:
qui prosperavit mundari
locum suum. Et decreverunt com-
muni precepto. et decreto univer-
se genti iudeorum: omnibus annis
agere dies istos. Et antiochi
quidem qui appellatus est no-
bilis vite excessus. ita se ha-
buit. Nunc autem de eupatore
anthiochi filio impii que
gesta sunt narrabimus: brevi-
antes mala que in bellis
gesta sunt. Hic suscepto reg-
no: constituit super negocia
regni lisiam quendam feni-
cis et sirie milicie principem.
Nam ptolomeus qui dice-
batur macer. iusti tenax. erga
iudeos esse instituit: et pre-
cipue propter iniquitatem que facta
erat in eos: et pacifice agere
cum eis. Sed ob hoc accusa-

tus ab amicis apud eupatore̅
cū frequēter ꝓditor audiret.
eo qđ cypru̅ creditas a philo
metore deseruisset et ad anthi
ochū nobile̅ translatus etiā
ab eo recessisset: veneno vitā fi
niuit. Gorgias autē cū esset
dux locor: assūptis aduenis
frequēter iudeos debellabat.
Iudei vero qui tenebant opor
tunas munitiones: fugatos
ab iherosolimis suscipiebāt.
et bellare temptabāt. Hij vero
qui erant cū machabeo per
orōnes dn̄m rogātes ut esset
sibi adiutor: impetū fecerūt
in munitiones ydumeorū.
Multaqꝫ insistētes loca ob
tinuerūt: occurrētes īteremē
rūt: et omēs simul nō mi
nus a viginti milibꝫ quīqꝫ
trucidauerūt. Quidā autē
cū cōfugissent in duas tur
res valde munitas omnē
apparatū ad repugnādū
habentes: machabeus ad
eorū expugnationē relicto
symone. et iosepho: itē
machabeus eisqꝫ qui cum
ipsis erant satis multis. ipē
ad eas que āplius urgebāt
pugnas cōuersus est. Hij ve
ro qui cū symone erāt cupi
ditate ducti a quibusdā qui
in turribꝫ erant suasi sunt
pecunia: et septuagīta mi
libus dydragmis acceptis.
dimiserūt quosdā effugere.
Cū aūt machabeo nūciatū
esset quod factū est: cōgrega
tis principibꝫ populi. accu
sauit qđ pecunia fratres ven
didissent aduersarijs eorū
dimissis. Hos igitur ꝓditores
factos īterfecit: et cōfestim
duas turres occupauit. Ar
mis aūt ac manibꝫ omnia
prospere agendo: in duabꝫ
munitionibꝫ plus quā vi
ginti milia peremit. Et thimo
theus qui prius a iudeis fu
erat superatus cōuocat ex
ercitū peregrine multitudinis: et
cōgregato exercitu asiano.
aduenit quasi armis iudeā
capturus. Machabeus aūt
et qui cum ipso erāt appropi
ante illo deprecabātur dn̄m. ce

put terra aspgētes lumbos q3
ciliciis pcincti. ad altaris cre
pidinē prouoluti: ut sibi
ppicius. inimicis aut̄ eorū es
set inimicus. et adūsariis ad
ūsaretur: sicut lex dicit. Et ita
post orōnē sūptis armis lō
gius de ciuitate pcedentes. et
proximi hostib3 effecti: rese
derūt. Proximo aut̄ solis
ortu utriq3 cōmiserūt: isti
quidē victorie et psperitatis
sponsorē cum virtute dnm
habētes: illi aut̄ ducē bel
li animū habebāt. Sed
cū vehemens pugna esset:
apparuerūt adūsariis de
celo viri quinq3 in equis. fre
nis aureis decori. ducatum
iudeis pstantes. Ex quib3
duo machabeū mediū ha
bentes. armis suis circūsep
tū incolumē cōseruabant:
in adūsarios aut̄ tela et ful
mina iaciebāt. Ex quo et ce
citate cōfusi et repleti ptur
batione cadebāt. Interfecti
sunt aut̄ viginti milia quī
genti: et equites sexcenti. Thi

motheus aut̄ confugit in
gazara psidiū munitū: cui
preerat cereas. Machabeus
aut̄ et qui cū eo erant letan
tes: obsederūt presidiū dieb3
quatuor. At hii qui ī turres
erant loci firmitate confisi
supra modū maledicebāt:
et sermones nefandos iacta
bant. Sed cū dies quīta illu
cesceret. viginti iuuenes ex
hiis qui cū machabeo erāt
accensi animis pter blasphe
miā viriliter accesserūt ad
murū: et feroci animo īcedē
tes. turres portasq3 succēdere
aggressi sunt: atq3 ipsos ma
ledicos viuos cōcremare. P
cōtinuū aut̄ biduū psidio
vastato. thimotheū occultātē
se in quodā reptū loco penē
runt: et fratrē eius cereum et
apollofanē occiderūt. Quib3
gestis: in ymnis et cōfessioni
bus bndicebāt dnm. qui mag
na fecit cū israel et victoriā
illi dedit. Cap. xi.

Sed paruo post
tēpore lisias pro

curator regis et ppinquus ac
negociorum ppositus. grauiter
ferens de hys que acciderant: congre
gatis octoginta milibz et equi
tatu vniuerso veniebat aduersus
iudeos: existimans se ciuitatem
quidem captam. gentibz habita
culum facturum. templum vero in
pecunie questu sicut cetera
delubra gentium habiturum.
et per singulos annos venia
le sacerdotium. nusquam recogitans
dei potestatem: sed mente effre
natus in multitudine peditum et
in milibz equitum. et in octogin
ta elephantis confidebat. In
gressus autem iudeam et appropin
quans bethsure quod erat in an
gusto loco. ab iherosolima
interuallo quinque stadiorum: il
lud presidium expugnabat.
Vt autem machabeus et qui
cum eo erant cognouerunt ex
pugnari presidia: cum fletu et
lacrimis rogabant dominum et
omnis turba simul. ut bonum
angelum mitteret ad salutem
israel. Et ipse primus macha
beus sumptis armis: ceteros

adhortatus est simul se
cum periculum subire. et ferre
auxilium fratribus suis. Cum
que pariter prompto animo
procederent iherosolimis: ap
paruit precedens eos equester
in veste candida. armis au
reis hastam vibrans. Tunc omnes
simul benedixerunt misericor
dem dominum: et conualuerunt ani
mis: non solum homines et besti
as ferocissimas. sed et muros
ferreos parati penetrare. I
bant igitur prompti: de celo ha
bentes adiutorem et miserantem
eos dominum. Leonum autem more
impetu irruentes hostibus:
prostrauerunt ex eis vndecim
milia peditum. et equites mil
le sexcentos. Vniuersos autem
in fugam verterunt. Plures ve
ro ex eis vulnerati. nudi eua
serunt. Sed et ipse lisias tur
piter fugiens euasit. Et quia
non insensatus erat. secum ipse
reputans factam erga se dimi
nutionem. et intelligens inuictos
esse hebreos dei omnipotentis
auxilio nitentes misit ad e

os: promisitq3 cōsensurū se
omnib3 que iusta sūt. et regē
cōpulsurū amicū fieri. Annu
it aūt machabeus p̄ib3 li
sie. in omīb3 utilitati cōsu
lens. Et q̄cūq3 machabeus
scripsit lisie de iudeis: ea rex
cōcessit. Nam erant scripte
iudeis epistole a lisia quidē
hunc modū cōtinētes. Lisi
as ꝓplō iudeorꝝ salutē. Iohā
nes et abes salom qui mis
si sunt a vobis. tradentes
scripta: postulabāt. ut ea
que per illos significabāt
implerē. Quecumq3 igitur
regi potuerūt pferri exposui:
et que res pmittebāt cōcessi.
Si igit in negocijs fidem cō
servaveritis: etiā deinceps
bonorū vobis causa esse tēp
tabo. De ceteris aūt per sin
gula. verbo mādavi: et istis
et hijs qui a me missi sunt
colloqui vobiscū. Bene va
lete. Anno cētesimo q̄dragesimo oct
uo dyoscori: die mensis
vicesima et q̄rta. Regis aūt
epistola ista cōtinebat. Rex
anthiochus. lisie fratri salu
tē. Patre nostro inter deos
translato. nos volētes eos
qui sunt in regno nostro si
ne tumultu agere et rebus
suis adhibere diligentiā:
audivimꝰ iudeos nō consen
sisse patri. ut transferentur
ad ritū grecorꝝ sed tenēre vel
le suū institutū. ac ꝓpterea
postulare cōcedi sibi legitima
sua. Volentes igit hanc q̄q3
gentē quietā esse. statuētes
iudicavimꝰ templū restitui
illis: ut agerent secundū ma
iorū suorū cōsuetudinē. Be
ne igit feceris si miseris ad
eos et dextrā dederis: ut cog
nita nr̄a volūtate bono aīo
sint: et utilitatib3 proprijs
deserviāt. Ad iudeos aūt re
gis epistola talis erat. Rex
anthiochus senatui iudeorꝝ
et ceteris iudeis salutē. Si
valetis si sic estis ut volumꝰ:
sed et ipsi bene valemꝰ. Adijt
nos menelaus dicens velle
vos descendere ad vestros
qui sūt apud nos. Hijs igi

tur qui commeant usque ad diem
tricesimum mensis xandici
damus dextras securitatis et
ut iudei utantur cibis et legibus
suis sicut et prius: et nemo
eorum ullo modo molestiam
patiatur. de hiis que per igno
rantiam gesta sunt. Misi autem
et menelaum qui vos alloqua
tur. Valete. Anno centesimo
quadragesimo octavo xandi
ci mensis quintadecima: miserunt
etiam romani epistolam ita se
habentem. Quintus memmi
us et titus manilius legati
romanorum. populo iudeorum sa
lutem. De hiis que lisias cog
natus regis concessit vobis:
et nos concedimus. De quibus
autem ad regem iudicavit referen
dum. confestim aliquem mittite diligen
tius inter vos conferentes: ut de
cernamus sicut congruit vobis.
Nos autem anthiochiam accedi
mus. Ideo festinate rescribere:
ut nos quoque sciamus cuius estis vo
luntatis. Bene valete.

Anno Capitulum xii.
centesimo quadra
gesimo octavo quintadecima
die mensis xandici: hiis factis
pactionibus lisias pergebat
ad regem. Iudei autem agricul
ture operam dabant. Sed hii qui
resederant thimotheus et apol
lonius gennei filius. sed et
ieronimus et demofon. super
hos. et nichanor cipriarches
non sinebant eos in silentio a
gere et quiete. Ioppite vero
tale quoddam flagicium perpetra
runt. Rogaverunt iudeos cum
quibus habitabant ascendere
scaphas quas paraverant
cum uxoribus et filiis: quasi nul
lis inimiciciis inter eos subia
centibus. Secundum commune ita
decretum civitatis. et ipsis acqui
escentibus. pacis quoque causa ni
chil suspectum habentibus: cum
in altum processissent. submer
serunt non minus ducentos.
Quam crudelitatem iudas in sue
gentis homines factam ut cog
novit. precepit viris qui erant
cum ipso: et invocato iusto iu
dice deo venit adversus inter
fectores fratrum. Et portum

quidem nocte succendit: et scaphas
exussit: eos autem qui ab igne
refugerant gladio peremit. Et
cum hec ita egisset: discessit quasi
iterum reversurus. et universos
ioppitas eradicaturus. Sed
cum cognovisset et eos qui
erant iamnie. velle pari
modo facere habitantibus secum
iudeis: iamnitis quoque nocte su
pervenit. et portum cum navibus
succendit: ita ut lumen ignis
pareret iherosolimis ab sta
diis ducentis quadraginta. Inde
cum abissent novem stadiis et
iter facerent ad thimotheum:
commiserunt cum eo arabes
quinque milia viri et equites
quingenti. Cumque pugna vali
da fieret et auxilio dei prospe
cessisset: residui victi arabes
petebant a iuda dextras sibi
dari: promittentes pascua da
turos et in ceteris profuturos.
Iudas autem arbitratus vere in
multis eos utiles: promisit
pacem. Dextris que acceptis: dis
cessere a tabernaculo suo. Ag
gressus est autem et civitatem
quamdam firmam pontibus mu
ris que circumseptam. que a turbis
habitabatur gentium promiscua
rum: cui nomen casphin. Hii
vero qui intus erant confiden
tes in stabilitate murorum. et
in apparatu alimoniarum. re
missius agebant: maledictis
lacessentes iudam ac blasphe
mantes. et loquentes que fas
non est. Machabeus autem
invocato magno mundi prin
cipe qui sine arietibus et ma
chinis temporibus ihesu precipi
tavit iherico: irruit ferociter
muris. Et capta civitate per
domini voluntatem innarrabiles
cedes fecit: ita ut adiacens
stagnum stadiorum duorum lati
tudinis. sanguine interfectorum
fluere videretur. Inde discesse
runt stadia septingenta quinqua
ginta: et venerunt in caracha.
ad eos qui dicuntur tubianei
iudei. Et thimotheum quidem
in illis locis comprehenderunt.
Nulloque negotio perfecto re
gressus est: relicto in quodam
loco firmissimo presidio. Do

sitheus aut et sosipater qui e
rant duces cu machabeo: p
emerut a thimotheo relictos
in presidio dece milia viros.
At machabeus ordinatis
circu se sex milib3. et cositu
tis per cohortes. aduersus
thimotheu pcessit: habente
secu centu viginti milia pedi
tu. equitumq3 duo milia qnge
tos. Cognito aut iude aduen
tu thimotheus: pmisit mu
lieres et filios et reliquu ap
paratu in presidiu qd car
nion dicit. Erat eni inexpug
nabile et accessu difficile: p
ter locoru angustias. Cuq3
cohors iude prima apparuis
set: timor hostibus incussus
est ex psentia dei. qui vniusa
conspicit: et in fuga cuersi
sunt alius ab alio: ita ut ma
gis a suis deicerentur. et gladi
oru suor ictib3 debilitarentur.
Iudas aut vehementer instabat
puniens pphanos: et pstra
uit ex eis triginta milia viror.
Ipse vero thimotheus icidit
in partes dosithei et sosipa
tris: et mltis pcib3 postula
bat. ut viuus dimitteretur:
eo qd mltoru ex iudeis paren
tes haberet ac fratres. quos
morte eius decipi eveniret.
Et cu fidem dedisset restitutu
ru se eos secundu costitutu:
illesu eu dimiserunt propter
fratru salute. Iudas autem
egressus est a carnio: interfec
tis viginti quinq3 milib3. Post
horu fuga et nece. mouit
exercitu ad ephron ciuitate
munita. in qua mltitudo
diuersaru gentiu habitabat.
Et robusti iuuenes pro mu
ris cosistentes: fortiter repug
nabant. In hac aut machine
multe. et teloru erat appara
tus. Sed cu omnipotente in
uocasset qui potestate vires
hostiu confringit. cepit ci
uitate: et ex eis qui intus e
rant viginti milia psterne
runt. Inde ad ciuitate scitaru
abierunt: que ab ierosoli
mis sexcentis stadiis aberat.
Cotestantibus aut hiis qui
apud scitopolitas erant

iudeis. quod benigne ab eis ha
berent etiam temporibus infelici
tatis. quod modeste secum egerunt:
gracias agentes eis. exhortan
tes eciam de cetero erga genus suum
benignos esse: venerunt ihero
solimam die solempni septima
narum instante. Et post pente
costen abierunt contra gorgi
am prepositum ydumee. Exiuit
autem cum peditibus tribus milibus:
et equitibus quadringentis.
Quibus congressis: contigit
paucos ruere iudeorum. Dosi
theus vero quidam de bacheno
ris eques vir fortis gorgiam
tenebat. Et cum vellet illum ca
pere viuum: eques quidam de tra
cibus irruit in eum. humerumque
eius amputauit. Atque ita
gorgias effugit in maresa.
At illis qui cum hesdrin erant
diucius pugnantibus et fati
gatis. inuocauit dominum iudas
adiutorem et ducem belli fieri:
incipiens patria voce. et
cum ymnis clamorem extollens.
fugam gorgie militibus incussit.
Iudas autem collecto exercitu.
venit in ciuitatem odollam.
Et cum septima dies superueni
ret: secundum consuetudinem pu
rificati. in eodem loco sabba
tum egerunt. Et sequenti die ve
nit cum suis iudas ut corpora
prostratorum tolleret: et cum
parentibus poneret in sepul
chris paternis. Inuenerunt
autem sub tunicas interfectorum
de donariis ydolorum que apud
iamniam fuerunt: a quibus lex
prohibet iudeos. Omnibus ergo
manifestum factum est: ob hanc
causam eos corruisse. Omnes
itaque benedixerunt iustum iudicium
domini: qui occulta fecerat ma
nifesta. Atque ita ad preces con
uersi: rogauerunt ut id quod
factum erat delictum obliuioni
traderetur. At vero fortissimus
iudas hortabatur populum conser
uare se sine peccato: sub ocu
lis videntes que facta
sunt pro peccato eorum qui prostra
ti sunt. Et facta collatione.
duodecim milia dragmas ar
genti misit iherosolimam of
ferri pro peccato sacrificium:

bene et religiose de resurrecti
one cogitans. Nisi enim eos qui
ceciderant resurrecturos spera
ret: superfluum videretur et vanum
orare pro mortuis. Et quia
considerabat quod hii qui cum pieta
te dormitionem acceperant: op
timam haberent repositam gratia
am. Sancta ergo et salubris
cogitatio pro defunctis exorare:
ut a peccatis solvantur. Capitulum
Anno centesimo xiii.
quadragesimo no
no. cognovit iudas
anthiochum eupatorem venire
cum multitudine adversus iudeam:
et cum eo lisiam procuratorem et
prepositum negociorum. secum haben
tem peditum centum decem milia.
et equitum quinque milia. et ele
phantos viginti duos. currus
cum falcibus trecentos. Commiscuit
autem se illis et menelaus: et
cum multa fallacia deprecaba
tur anthiochum non pro patrie
salute: sed sperans se constitui
in principatum. Sed rex regum
suscitavit animos anthiochi
in peccatorem: et suggerente li
sia hunc esse causam omnium ma
lorum iussit ut eis est consuetu
do comprehensum in eodem loco ne
cari. Erat autem in eodem loco tur
ris quinquaginta cubitorum:
aggestum undique habens cine
ris. Hec prospectum habebat in pre
ceps. Inde in cinerem deici iussit
sacrilegum: omnibus eum propellentibus
ad interitum. Et tali lege preva
ricatorem legis contigit mori:
nec terre dari menelaum. Et quidem
satis iuste. Nam quia multa
erga aram dei delicta commisit.
cuius ignis et cinis erat sanctus:
ipse in cineris morte dampnatus
est. Sed rex mente effrenatus
veniebat: nequiorem se iudeis
ostensurum. Quibus iudas cog
nitis. precepit populo ut die ac
nocte dominum invocaret. quo sicut
semper et nunc adiuvaret eos:
quippe qui lege et patria sanc
toque templo privari vererentur:
ac populum qui nuper paululum
respirasset ne sineret blasphe
mis rursus nationibus subdi.
Omnibus itaque id simul faci
entibus et petentibus a domino mi

sericordiā. cū fletu et ieiuniis p
triduū cōtinuum prostratis:
hortatus est eos iudas ut se ꝑpa
rarēt. Ipse vero cū senioribꝫ co
gitauit priusq̄ꝫ rex admoueret
exercitū ad iudeā et obtineret
ciuitatē: ut exiret et dnī iudici
o cōmitteret exitū rei. Dans ita
qꝫ potestatē omniū deo mūdi
creatori. et hortatus suos ut
fortiter dimicarēt. et usqꝫ ad
mortē pro legibꝫ. templo. ciui
tate. patria. et ciuibꝫ starent:
circa modin exercitū cōstituit.
Et dato signo suis. dei victoria
iuuenibꝫ fortissimis electis.
nocte aggressus aulā regiā.
in castris interfecit viros quatu
or milia. et maximū elephā
torū cū hiis qui suppositi erāt:
sūmoqꝫ metu ac ꝑturbatiōe
hostiū castra replētes. rebus
prospe gestis abierūt. Hoc autē
factū est die illucescēte: adiu
uāte eū dnī ꝓtectione. Sed rex
accepto gustu audacie iudeoꝝ:
et bethsure quod erat iudeoꝝ
ꝑsidiū munitū castra admo
uebat: sed fugabatur. impī

gebat. minuebat. Hiis autē
qui intus erāt: iudas necessa
ria mittebat. Enūciauit autē
misteria hostibꝫ. rodocus quidā
de iudaico exercitu. Qui requi
situs. cōprehensus cōclusus ē.
Iterū rex sermonē habuit ad
eos qui erāt in bethsuris: dex
trā dedit. accepit. abiit: cōmi
sit cū iuda. superatus est. Ut
autē cognouit rebellasse phi
lippū anthiochie qui relictꝰ
erat sup negocia: mente cō
sternatus iudeos deprecans
subditus qꝫ eis. iurat de omnibꝫ
quibꝫ iustū visū est. Et recon
ciliatus obtulit sacrificiū:
honorificauit templū: et mu
nera posuit. Machabeū am
plexus est: et fecit eū ab pto
lomaide usqꝫ gerrenos ducē
et principē. Ut autē venit pto
lomaidā. grauiter ferebāt pto
lomenses amicicie cōuētionē:
indignātes ne forte fedus ir
rūperēt. Tunc ascendit lisias
tribunal: et exposuit rationē.
et populū sedauit: regressus
qꝫ est anthiochiā. Et hoc mo

do regis p̃fectio et reditus p̃cessit.

Sed post Cap̃ xiiij. triennij tēpus cognouit iudas et qui cum eo erant demetriū seleuci cū multitudīe ualida et nauibꝫ per portū tripoli ascendisse ad loca oportuna: et tenuisse regiones aduersus anthiochū et eius ducē lisiam. Alchimus aūt quidā qui sūmus sacerdos fuerat. sed uoluntarie coinquinatus est tēpore commixtionis: cōsiderans nullo modo esse sibi ad salutem. neqꝫ accessū ad altare. uenit ad regē demetriū cētesimo quinquagesimo anno. offerens ei aureā coronā et palmā: super hec et tallos. qui templi esse uidebātur. Et ipsa die quidē siluit. Tempus aūt oportunū dementie sue nactus. conuocatus a demetrio ad cōsiliū. et īterrogatus quibꝫ rebꝫ et cōsilijs iudei niterētur: respōdit. Ipsi qui dicūtur assidei iudeorꝫ. quibꝫ preest iudas machabeus. bella nutriūt et seditiones mouēt: nec patiūtur regnū esse quietū. Nam et ego defraudatus parentū gloria. dico aūt sūmo sacerdotio: huc ueni primo quidē utilitatibꝫ regis fidē seruans: secūdo aūt etiā ciuibꝫ cōsulens. Nam illorū prauitate uniuersū genus nrm̄ nō minime uexatur. Sed hijs singulis oro rex cōgnitis: et regioni et generi secūdū puulgatā omībꝫ hūanitatē tuā pspice. Nam quā diu superest iudas: ipossibile est pacē esse negocijs. Talibꝫ aūt ab hoc dictis: et ceteri amici hostiliter habentes aduersus iudā. inflāmauerūt demetriū. Qui statim nicānorē prepositū elephātorꝫ ducē misit iudeā: datis mandatis ut ipm̄ quidē iudā caperet. eos uero qui cū illo erāt dispgeret: et cōstitueret alchimū maximi tēpli sūmū sacerdotē. Tunc gētes que de iudea fugerant iudā. segregatim se nicānori miscebāt: miserias et clades iudeorꝫ. prosperitates rerum suarū existimantes. Audito

itaque iudei nicanoris aduentum. et conuentum nationum. conspersi terra rogabant eum qui populum suum in eternum custodiret: quique suam portionem signis euidentibus protegit. Imperante autem duce statim inde mouerunt: conuenerunt que ad castellum dessau. Symon vero frater iude commiserat cum nicanore: sed conterritus est repentino aduentu aduersariorum. Nicanor autem audiens virtutem comitum iude et animi magnitudinem. quam pro patrie certaminibus habebant: sanguine iudicium facere metuebat. Quamobrem misit possidonium. et theodotium. et mathiam: ut darent dextras atque acciperent. Et cum diu de hiis consilium ageretur: et ipse dux ad multitudinem retulisset: omnium vna fuit sententia amicicijs annuere. Itaque diem constituerunt qua secreto inter se agerent: et a singulis selle prolate sunt et posite. Precepit autem iudas armatos esse locis oportunis: ne forte ab hostibus repente mali aliquid oriretur. Et congruum colloquium fecerunt. Morabatur autem nicanor iherosolimis et nichil inique agebat: gregesque turbarum que congregate fuerant dimisit. Habebat autem iudam semper carum ex animo: et erat viro inclinatus. Rogauit eum ducere uxorem: filiosque parare. Nuptias fecit. quiete egit: communiterque viuebat. Alchimus autem videns caritatem illorum ad inuicem et conuentiones. venit ad demetrium et dicebat nicanorem rebus alienis assentire: iudamque regni insidiatorem successorem sibi destinasse. Itaque rex exasperatus et pessimis huius criminationibus irritatus. scripsit nicanori dicens grauiter quidem se ferre de amicicie conuentione: iubere tamen machabeum citius vinctum mittere anthiochiam. Quibus cognitis nicanor consternabatur: et grauiter ferebat si ea que conuenerat irrita faceret. nichil le

sus a viro. Sed quia regi resis
tere nõ poterat: oportunita
tẽ obseruabat qua preceptum
pficeret. At machabeus vidẽs
austerius secũ agere nicano
rem. et consuetũ occursũ fero
cius exhibentẽ. intelligens nõ
ex bono esse austeritatẽ istã:
paucis suorũ cõgregatis. oc
cultauit se a nicanore. Qđ
ut ille cognouit fortiter se a
viro preuentũ. venit ad max
imũ et sanctissimũ templũ:
et sacerdotibȝ solitas hostias
offerentibȝ. iussit sibi tradi
virũ. Quibȝ cũ iuramẽto di
centibȝ nescire se ubi esset qui
querebatur: extendens ma
nũ ad templũ iurauit. Nisi
michi vinctũ iudã tradideri
tis: istud dei fanũ in plani
ciem deducã. et altare effodi
am: et templũ hoc libero pa
tri cõsecrabo. Et hys dictis
abiit. Sacerdotes autẽ protẽ
dentes manus in celũ: inuo
cabãt eũ qui semp propug
natorem esset gẽtis ipsorũ. hec
dicẽtes. Tu dñe qui vniuersita
tis nullius indiges: voluis
ti templũ habitationis tue
fieri in nobis. Et nũc sãcte
sanctorũ omniũ dñe. cõser
ua ineternũ impollutã do
mũ istã: que nup mũdata
est. Razias autẽ quidã de se
nioribȝ ab iherosolimis de
latus est nicanori. vir ama
tor ciuitatis et bene audiẽs:
qui pro affectu pater iudeorum
appellabatur. Hic multis tẽpo
ribȝ cõtinẽtie propositũ tenuit
in iudaismo: corpusq; et a
nimã tradere cõtentus pro p
seuerãtia. Volens autẽ nica
nor manifestare odiũ quod
habebat in iudeos: misit
milites quingẽtos. ut eũ com
prehenderet. Putabat enĩ si
illũ decepisset: sese cladem
maximã iudeis illaturum.
Turbis autẽ irruere domum
eius et ianuã disrũpere. atq;
ignẽ admouere cupiẽtibus.
cũ iam cõprehenderetur gladi
o se petit: eligens nobiliter
mori potius quã subditus
fieri pctoribȝ: et cõtra natã

les suos indignus iniuriis agi. Sed cum p festinationem non certo ictu plagam dedisset. et turbe intra ostia irrumperent: recurrens audacter ad murum precipitauit semetipsum viriliter in turbas. Quibus velociter locum dantibus casui eius: venit per mediam ceruicem. Et cum adhuc spiraret: accensus animis surrexit. Cum et sanguis eius magno fluxu deflueret. et grauissimis vulneribus esset saucius: cursu turbam ptransiit. Et stans sup petram quandam preruptam. et iam exsanguis effectus. complexus intestina sua utrisque manibus piecit sup turbas: inuocans dominatorem vite ac spiritus. ut hec illi iterum redderet. Atque ita vita defunctus est. Capitulum xv.


Nicanor autem ut compperit iudam esse in locis samarie: cogitauit die sabbati cum omni impetu committere. Iudeis vero qui illum p necessitatem sequebantur. dicentibus ne ita ferociter et barbare facias. Sed honorem tribue diei sanctificationis: et honora eum qui uniuersa conspicit. At ille infelix interrogauit. si est potens in celo: qui imperauit agi diem sabbatorum. Et respondentibus illis. est dominus viuus ipse in celo potens: qui iussit agi septimam diem. At ille ait. Et ego potens sum super terram: qui impero sumi arma. et negocia regis impleri. Tamen non obtinuit ut consilium pficeret. Et nicanor quidem cum summa supbia erectus: cogitauerat commune trophe um statuere de iuda. Machabeus autem confidebat semper cum omni spe auxilium sibi a deo affuturum: et hortabatur suos ne formidarent ad aduentum nationum. sed in mente haberent adiutoria sibi facta de celo: et nunc sperarent ab omnipotente affuturam sibi victoriam. Et allocutus illos de lege et prophetis: admonens etiam certamina que fecerant prius. promptiores eos constituit. Et ita ani

mis eorū erectis: simul ostē
dens gentiū fallaciā et iura
mētorū p̄uaricationē. Sin
gulos aūt eorū armauit
nō clipei et haste munitio
ne: sed sermoībȝ optimis ex
hortatoībȝ: exposito digno
fide sompnio per quos vniu
sos letificauit. Erat aūt hu
iusmodi visus. Oniam q̄
fuerat sūmus sacerdos. virū
bonū et benignū. verecūdū
visu. modestū moribȝ. et elo
quio decorū. et qui a puero
in virtutibȝ exercitatus sit:
manus ptendentē orare pro
omni pplo iudeorū. Post hec
apparuisse et aliū virū eta
te et gloria mirabilē. et mg
ni decoris habitudine circa
illū: respondentē vero oniā
dixisse. Hic est fratrū ama
tor: et populi israel. Hic est
qui multū orat pro populo
et vniūsa sancta ciuitate: ihe
remias pphēta dei. Extendis
se aūt iheremiā dextrā: et de
disse iude gladiū aureū dicē
tem. Accipe sanctū gladiū

munus a deo: in quo deicies
aduersarios populi mei israel.
Exhortati itaqȝ iude sermoni
bus bonis valde. de quibȝ ex
tolli posset impetus. et ani
mi iuuenū confortari: statu
erūt dimicare et cōfligere for
titer. ut virtus de negociis iu
dicaret: eo q̄d ciuitas sancta
et templū periclitaret̄. Erat e
nī pro uxoribȝ et filiis. itēqȝ
pro fratribȝ et cognatis minor
sollicitudo: maximꝰ vero et p̄
mus pro sanctitate timor e
rat templi. Sed et eos qui ī
ciuitate erāt nō minima sol
licitudo habebat pro hiis q̄
cōgressuri erant. Et cū iā oēs
sperarent iudiciū futurū. hos
tesqȝ adesse. atqȝ exercitus esset
ordinatus. bestie equitesqȝ o
portuno in loco cōpositi: cō
siderans machabeus aduētū
multitudinis. et apparatū va
riū armorū ac ferocitatē bes
tiarū. extendens manus ī ce
lū prodigia facientē dn̄m in
uocauit: qui non secundum
armorū potentiā. sed prout

ipsi placet dat dignis victori
am. Dixit aut̄ invocans hoc
modo. Tu dn̄e misisti āgelū
tuū sub ezechia rege iude: et
īterfecisti de castris sennache
rib centū octogintaquinq̄ mi
lia. Et nūc dn̄ator celorū mit
te angelū tuū bonū ante nos
in timore et tremore magni
tudinis brachii tui: ut metu
ant qui cū blasphemia ve
niunt adūsus sanctū ppl̄m tuū.
Et hic quidē ita peroravit. Ni
canor aut̄ et qui cū ipso erāt:
cū tubis et cāticis admove
bāt. Judas vero et qui cum eo
erāt invocato deo per orōnes cō
gressi sunt: manu quidē pug
nantes. sed et cordibȝ dn̄m orā
tes. prostraverūt nō minus
trigintaquinq̄ milia: p̄sentia
dei magnifice delectati. Cūq̄
cessassent et cū gaudio redirēt:
cognoverūt nicānorē ruisse
cū armis suis. Facto itaq̄ cla
more et p̄turbatione excitata:
patria voce omnipotentē dn̄m
bn̄dicebāt. Precepit aut̄ iudas
qui per omnia corpore et ani
mo mori pro civibȝ paratus
erat: caput nicanoris et ma
nū cū humero abscisā iheroso
limā p̄ferri. Quo cū p̄venisset:
convocatis cōtribulibȝ et sacer
dotibȝ ad altare: accersiit et e
os qui in arce erāt: et ostenso
capite nicanoris et manu ne
faria quā extendēs contra do
mū sanctā omnipotētis dei:
magnifice gloriatus est. Lin
guā etiā impii nicanoris p̄
cisā iussit particulatī avibȝ
dari: manū aut̄ dementis
contra templū suspēdi. Om
nes igit̄ celi dn̄m bn̄dixerūt
dicētes. Benedictus qui locū
suū incōtaminatū cōservavit.
Suspendit aut̄ nicanoris
caput in summa arce: evidēs
ut esset et manifestū sit auxilii
dei. Itaq̄ omnes cōmuni cōsilio
decreverūt: nullo modo diem
istū absq̄ celebritate p̄terire.
Habere aut̄ celebritatē tercia
decima die mēsis adar: q̄d di
citur voce syriaca. pridie mar
dochei die. Igitur hiis erga ni
canorē gestis. et ex illis tēpo

ribus ab hebreis civitate pos
sessa: ego quoque in hys finē
faciā sermonis. Et siquidē be
ne ut historie cōpetit: et hoc
ipse velim. Si autē minus
digne: cōcedendū est michi.
Sicut enī vinū semp bibere.
aut semp aquā contrariū
est. alternis autē uti delecta
bile: ita legentibus si semper
exactus sit sermo. nō erit ut
ingratus. Hic ergo erit con
sūmatus. Explicit liber
machabeorum secundus.



CODEX. IV.
S. SCRIPTVRAE